

Æthiopi-
ex olea
lachry-
ma.
Gummi
elemi.

Amurca
olei.

Olivæ
vires ex
Galeno.

Nomina.

baccas, nudatas earum radices à circumstante terra hybernus algoribus opponere, certissimum est remedium. Amant olea apricos tractus & colles, calidasq; regiones, nam in frigidis locis non proveniunt. Sylvestris seu Æthiopica olea lachryma, licet multis polleat viribus, ejus tamen in Italicis officinis nullus est usus: neq; quod ea ad nos afferatur, adhuc compertum habeo. Sunt, qui hanc putent illud esse gummi, quod medici recentiores, & officina gummi elemi appellant. Verum illud certo argumento est, olea Æthiopica lachrymam gummi elemi non esse, quod gustatu mordax non sit, neq; linguam vellicet: tum etiam, quod omnibus perspicuum sit, eam lachrymam (et si improprie gummi appelletur) non in gummi quidem, sed verius in resinarum genere esse recipiendam: cum igni exposita statim colliquescat & diffundatur, quemadmodum & resina, quæ è pinu, picea, & aliis resinam fundentibus plantis colliguntur: licet nobis prorsus ignota sit planta, à qua in Oriente defluit. Siquidem nullum gummi genus (quod ego sciam) igne colliquescit, nisi addito aceto vel vino: quin potius statim comburitur. Est & alia olea maris rubri lachryma, ex qua (ut Theophrastus inquit lib. 4. cap. 8.) medici sistendo sanguini medicamentum componunt. Caterum quamvis etate nostra obscura admodum sit gummi elemi origo, ejus tamen vires clarissime apud chirurgicos & vulnerarios medicos reperiuntur: nam in calvarie fracturis, ac vulneribus mirifice unguentis, & emplastris additur, adeo ut præstantissimum sit in his sanandis medicamentum. De Amurca olei postremo nil aliud dicendum est, nisi quod sit admodum utilis (ut memoria prodidit Cato) apotecarum & officinarum fabricis, ubi lanei, vel sericei panni reconduntur. Nam si calci admisceatur, & ex ea inde parietes incrustentur, oblinanturq; item laquearia & pavimenta, non modo parietes contractos, vel adventitios humores nunquam collachrymant, & situm minime contrahunt: sed nec blatta, nec aranei, nec cuiusvis generis vermiculi ibidem gigni possunt. Sylvestris olivæ oleum ceteris adstringentius est. In doloribus capitis utiliter pro rosaceo substituitur, sudores illitu arceat, & defluentes capillos cohibet, capitis surfures, ulcera manantia, scabiemq; abstergit. Tardius etiam canitiem sentiunt, qui eo quotidie perunguntur. Olivæ vires prodidit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit. Olivæ rami quantum habent adstringunt, tanta & frigiditatis participes sunt. Fructus vero si quidem ad unguem maturunt, moderate calidus est: si immaturus est, magis tum adstringit, tum refrigerat. Olea sylvestris rami, ac folia magis adstringunt, magisq; refrigerant quam domestica. Olea sativa, sic Latine, ut *ἰσχυρὸν* & Græcè vocatur: Arabicè Saiton seu Caïton: Italicè Olivo domestico: Germanicè Delbaum: Hispanicè Olivo & Azeytimo: Gallicè Olivier. Sylvestris autem *Ἀγροδάλα*, ἡ ἄγρια appellatur: Latine, Oleaster & Olea sylvestris: Italicè Olivo salvatico: Germanicè wilder Delbaum: Hispanicè Azebuche: Gallicè Olivier sauvage.

Olea sativa est & sylvestris. I. Sylvestris olea seu cotinus Dioscoridi: olea sylvestris, Lac. Lob. Dod. Tab. Oleaster Lon. Lug. Cæs. II. Sativa, olea & olea sativa herbariis dicitur. Olivarum genera plura proposuit Plinius lib. 15. cap. 3. Columella verò lib. 5. cap. 8. decem recensuit. At Virgilius 2. Georgicorum tria enumerat quæ nota satis, Orchites, Rhadios & Pausias. Tria quoq; ad nos adferuntur genera: grandissimæ nucis ferè magnitudine ex Hispania muria conditæ, quæ Superbæ Plinii fortè: dein majusculæ & oblongæ ex Gallia & Italia: tum Genua minores rotundiores, quæ Olivellæ vocantur. Verum apud Generosum Baronem Rudolphum à Salis Cæsareæ Majestatis consiliarium, aliquoties comedimus peculiare à prædictis olivas, quæ oblongæ sunt & magnitudine ad Hispanicas accedunt, verum minore sunt pulpa seu carne & nigricantes, quæ in Rhætia suis in hortis proveniunt.

Δφν.

QVERCUS.
nph.

Βάλανος.
nph.

GLANS.
CAP. CXXI.

Φαγός.

FAGUS.

Quercus omnis adstrictoriam vim habet, præsertim liber, qui cortici & ligno intercedit: quinetiam tunica putamini glandis subiecta. Decoctum ex iis datur dysentericis, cæliacis, sanguinem excreantibus. Trita in pello fœminis fluxione vulvæ laborantibus subjicitur. Glandes eosdem effectus exhibent: urinam ciunt: capitis dolorem, & flatus in cibum sumptæ pariunt: resistunt escitæ venenatorum ictibus. Decoctum earum, & corticis cum lacte vaccino potum, prodest contra toxica. Intritæ crudæ inflammationes illitu leniunt: ad duritias, quas cacoethe vocant, & malefica ulcera cum salsa axungia conveniunt. Hignæ glandes viribus quernas antecellunt. Fagus & Ilex quercus generi assignantur, & consimile munus obeunt. Ilignæ radices cortex cum aqua coctus, dum mollitus intabescat, & tota nocte illitus, denigrat capillos, prius cimolia terra purgatos. Folia omnium tusa & trita tumoribus profunt, & imbecillas membrorum partes corroborant.

Glandi-
ferarum
arborum
consider.

Quercus
quæ pro-
ferat ex
Theoph.

Sunt & aliæ glandiferi generis arbores, præter Quercum, Ilicem & Fagum: inter quas numerantur Cerrus, Suber, Æsculus, Phellodrys & alia nonnulla, quæ suo more rura nostra appellant, quarum omnium exalterationem reddere potest universa Hetruria. Quippe quod & in maritimis nostris Senensibus, & Faliscorum agro, ac etiam Romano tractu, omnia hæc glandiferarum genera adeo numerosa in vastissimis sylvis proveniant, ut glandibus innumerabiles porcorum greges incola ibi quot annis saginent. Verum ne aliquis existimet, harum non meminisse Dioscoridem, quod fortasse eas non cognoverit, sciendum est, eum, meo quidem iudicio, *Δφν* nomine comprehendisse in universum omnes glandiferas arbores non solum quod sciret, una voce omnia illa genera contineri posse, sed etiam ut brevitati consuleret: *Δφν* enim apud Græcos non modò quercum particulatim significat, sed universam quamcunq; glandiferam arborem. Quo fit, ut dixerit ipse: *Δφν* τὰς ἀπὸ τῆς ἑξ Ἀφραίας, id est. Quercus omnis adstrictoriam vim habet, ac si dixisset, arbor omnis glandifera adstringit. Quercus foliis est oblongis, firmis, robustis, per ambitum utring, sinuatis, caudice crasso, cortice rudi, scabroq; in ramis verò leviori. Materie robusta, dura, gravi, compacta, firmag. Glandifera est arbor, & præter glandes Gallas quoq; producit cum majores, tum etiam minores, quas omphacitides vocant. Alios quoq; fert fructus de quibus Theophrastus. Porrorum est (ut Theophrastus est auctor lib. 3. cap. 8. & 9. de plantarum historia) quod alia plurima præter fructum ferat quercus. Nam gallam gignit parvulam atq; alteram resinofam & nigram: quin & aliud speciem veluti morum, sed durum & fractu admodum difficile, id tamen rarum: ad hæc aliud effigiem colis representans. Cum verò perscitur, durum quid parte emicante & perforatum, & tauri caput quodammodo emulans profert, quod prurptum nuclei olea speciem intus ostendit. Fert & quod quidam pilum appellant. Id pilula est comam gerens laxacem, mollem, nucleo durior, qua in lucernarum luminibus utuntur: flagrat etenim probe, ut galla nigra. Fert & alteram comigeram pilulam, Caterum quidem in-
utilem,

I. QUERCUS LATIFOLIA.

II. QUERCUS FLORENS.



30 II. QUERCUS.



utilem, verno autem tempore succo melligeno inficientem, tum tactu, tum gustatu. Inq. ramorum alis pilulam aliam gignit sine pediculo, concavog, sessilem, peculiarem certe, versicoloremg. Nam eminentes quosdam umbilicos candicantes, vel passim variantes nigris maculis habet: partem mediam grani tinctura infectam. splend. damq, ostendit aperta, nigra & putricans cernitur. Lapillum quoq, puniceum magna ex parte gignit, quanquam raro. Item aliam corariorem pilulam e foliis convolutam, compressam atq, oblongam. Super foliis vero tergo adhaerentem pilulam fert candidam, aquosam, dum tenera est: hac etiam interdum muscas intus continet, veniensq, ad incrementum justum in modum lavis parvula galla indurefcit. Fungos omitto, qui e radicibus, & juxta radices erumpunt: communes enim eos cum ceteris habet arboribus. Quinetiam viscum taceo, quippe cum in aliis quoq, proveniat. Sed nihilominus (ut dictum est) serax hac arbor habetur plurimarum: haftenus Theophrastus. Caterum non dubitandum est, quin omnes ii partus suos habeant usus, suisq, polleant viribus. Stillatitia aqua, qua in balnei calentis aquae vitreo organo a tenellis quercus foliis primo ipsarū exortu decerptis elicatur, jecinoris defluxiones sistit, renum calculos cōminuit, & mulierum alba profluvia cohibet. Datur quoq, potanda utiliter dysentericis, & sanguinē rejicientibus. Sunt qui in pestilentialibus febribus eam propinent, quod adversus venena non parum valeat. Recentia folia ventriculi ardorem tollunt, si super lingua teneantur. Caterum aqua quae in marcescentiū quercum reperitur cavitatibus, scabiem omnem ulcerosam sanat. Glandes urinam cient & resistunt devorata venenatorum morfib. Intritā cruda inflammationes leniunt. Ad hac ejus echinata pilula sicca, ac trita vim apprimē adstrictoriam possident: eaq, propter efficacissimo sunt remedio contra omnes alvi fluxiones. In summa praestant, ubi suppressere sit opus. FAGUS quoq, glandiferis arboribus adnumeratur, tametsi

Aqua foliorum quercus & ejus vitis.

Fagi cōsideratio.

fructus effigies glandibus prorsus reclamet. Est autem Fagus folio carpini non absimili, grandiore tamen, laviore, nec adeo crispo. Atqui, ut ad fructum redeamus, est quidem is extima parte, calyculo includitur rotundo quadantenus echinato hispido ac scabro: interius vero triangulari forma nuclei sunt, qui tenui & levicute, castaneorum modo, in atrum rubescēte obteguntur. Nucleus albicat, horū sapor dulcis & subastringens. Materies dura, sed non admodū firma, arbor in magnā asurgit proceritatem, ramis grandiorib. ac patulis. Provenit in sylvis, tam in planitie quā in montib. & collib. Glives hoc pabulo maxime delectantur ac pinguescunt: quamobrem cum ejus advenit maturitas, innumeri capiuntur glives in Carniola, Stiria & Carinthia sylvis: quippe iis in locis incolae manē inspexerū, qui saccos gliribus plenos ferant una tantū nocte captis. Delectantur fagi fructu etiā mures, siquidē e longinquis regionib. natura ducti gregatim sylvas ingrediuntur. Item & sciuri grati, cibis ac etiam turdis, merulis, aliisq, compluribus volatilibus. Quin & obsessos hostibus homines in oppido

Chio



XI. ILEX LATIFOLIA
spinosa.

Ilicis cō-
sideratio
& histo-
ria.

Ilex du-
plex.

Smilacis
confide-
ratio ex
Theoph.



Chio ea tantum glande victitasse, Cornelius Alexander est au-
tor, donec se obsidione liberassent. Fagi folia esitata labiorum,
gingivarumq; vitis mirifice opitulatur: tusa, illitaq; torpen-
tia membra corroborant. Glandis faginea cibus renum calculis
utiliter illinitur. Ilex insuper arbor est in Italia notissima, spe-
ctataq; proceritatis, cortice in rusum nigricante: materies
ejus densa admodum est, gravis ac robusta, in atrum rubescens.
Folius Laurinus ac perpetuus viret, sed, quae externè candicent, 40
scabraq; sint: internè verò virescant, levitaq; cernantur: quin
& in toto ambitu serrata sunt. Dnum Ilex est generum: al-
terum folio spinoso, sine aculeis alterum. Hoc ubiq; fere scater
Hetruria: illo verò Hispania. Meminit utriusq; Columella
libr. 6. cap. 3. de re rustica, sic inquit: Possant & ficulnea bu-
bus probe dari, si sit eorum copia: Iligneae tamen vel melior
est querna, sed ejus generis, quae spinas non habet: nam id
quoq; uti Juniperus, respicitur a pecore. Quare non recte sen-
tiunt, qui Plinii tantum & Theophrasti testimonio freti, ili-
cem haud spinosam, legitimam esse negant. Glandes profert 50
quernus minores, quae & in reliquis minus praeslant. Iligneus
carbo Hetruscus in pretio est, non modo quod ignem diu soveat,
sed etiam quod (ut ajunt) vapore caput minime teneat. Hac
praeter glandes, pilulas quasdam rubentes gignit, quae trita
cum aceto vulneribus recentibus, & cruentis oculis utiliter
imponuntur. In Ilicis genere (ut memoria prodidit Theoph.
lib. 3. cap. 16. de plant. hist.) est arbor illa, quam Arcades Smi-
lacem vocant, ilici similis (ea autem non est taxus, quae etiam
smilax dicitur, quoniam de taxo capite 10. ejusdem libri dis-
seruit Theophrastus) folio tamen non aculeato, sed molliori pro-
fundioriq; differentiaq; pluribus distinguendum: nec materie,
ut illa, solida spissaq; sed soluta, mollisq; in opere. Sunt qui cen-
seant Ilcem non spinosam smilacem esse. Sed cum smilaci ma-
teries sit soluta mollisq; in opere (ut Theophrastus scribit) cur eo-
rum sententiam comprobem, non habeo. Meminit hujus Gal. lib.

6. cap. 3. de comp. med. secundum locos in columella remediis, sic inquit: Hu fortiora sunt ac baccarum ejus decoctum,
& ex acerbis coroneis malis, & virgultorum tenerorum ilicis, arbuti, smilacis ac fagi. Super quo loco dubitat Cornarius,
quomodo fieri possit, quod smilax (taxum, vel ejus speciem intelligit) quae ab omnibus venenosa describitur, ponatur à Ga-
leno inter gurgulionis remedia. In dubii verò solutione nil aliud determinat, nisi quod, cum nō ubiq; (sic ipse putat) taxus sit
veneno-

Cornarii
lapis
circa
smilacē.

XII. SUBER PRIMUS.

XIII. SUBER SECUNDUS.



XIV. PHELLODRYS.



venenosa. ex eo genere sumi debeat, qua lethali careat noxa. Sed si Cornarius Theophrastum sibi alioquin familiarem consulisset, qui smilacem quandam (ut paulo ante ostendimus) in arborem ilici similem refert, rectius meo quidem iudicio, & paucioribus rem hanc explicasset. SUBER deniq, arbor est fructu & folio ilicis, perpetua similiter coma virens, quanquam id negat Theophrastus, sed crassissimo cortice vestitur, atq, ilici magnitudine cedit, ut ii quidem atresari possunt, qui Baccano Romam profecti sunt: eo enim in itinere innumera Suberum planta visuntur. Atqui duo ejus visuntur genera: alterum folio angustiore, prolixiore, acuminatioreq, alterum verò brevior, rotundior, & per ambitum serrato, acuminatis quibusdam in locis incisuris. Glandes quoq, profert iligneas pares, paulo tamen minores, deterioresq. Hoc in Romano, illud in Pisano agro proveniens. Hac cortice exuta minime arefcit, quemadmodum reliqua arbores, quandoquidem natura haud ignara, quod sapissime cortice expolianda esset, materiem duplici cortice munivit. Inter plures, ac varios corticis suberei usus, qui in rebus domesticis celebrantur, ille precipuus est, & vulgaris, quod sutoribus maxime sit expetita ad crepidas conficiendas. Quin & globis ex ea factis utuntur piscatores, quod ea nunquam aqua mergatur, sed supernatet sustinendis retibus plumbeis glandibus in altum ductis. Ideoq, Plinius lib. 16. cap. 8. scriptum sic reliquit. Suberi minima arbor, glans pessima, raraq, cortex tantum praecepsus, ac renascens, atq, etiam in denos pedes undiq, explanatus. Usus ejus anchoralibus maxime navium, piscantiumq, tragulis, & cadorum obturamentis: praeterea in hyberno foeminarum calceatu: quamobrem non infacere Graci mulieres cortices arborum appellant. Sunt qui Suberem foeminam ilicem vocent, atq, ubi non nascitur illex, pro ea subere utuntur, in carpentariis precipue fabricis, ut circa Elin. & Lac. ademonem: nec in Italia tota nascitur, nec in Gallia omnino. Et eodem libro, cap. 40. inquit. Ejus materiestardissime vetustatem sentit, sicut robur, larix, castanea, juglans: hac Plinius. Est & alia arbor glandifera, quam quod caudicem habeat Suberi non ab similem, folia ferat suberu, corticem vero, & ligni materiem & glandes quercui sive cerro non ab similes. Hec ruria vulgo appellat Cerrosugaro, quasi Cerrisubere dicat. Id quod etiam fecisse videtur antiquitas: quandoquidem Theophrasto loco superius citato ea PHELLODRYS dicitur: copiosa hac in agro Senensi

Suberis
confide-
ratio, &
historia.

Suber du-
plex.

Suberi-
na corti-
cis ulus.

SuberPli-
nii.

Phele-
drys & e-
jus hist.

in omni-

Anguillarius ar-
guitur.
Suberis
vires
Matthio-
lo.
Glandi-
ferarum
arborum
vires ex
Galeno.

in omnibus Archidiosi, & comitatus S. Florae sylvis. Sed illuc usq; non pervenit Anguillarius, cum de hac arbore nihil me-
minerit inter glandiferas, quam Italia proveniunt. Non differt suis in facultatibus ab aliis glandiferis. Suberis cortex
tritatus ex aqua calida potus sanguinem fluentem ex utralibet parte sistit: ejusdem cinis ex vino calido sanguinem excrean-
tibus magnopere laudatur. Omnium glandes in farinam trita, & potui datae, drachmae unius pondere, ex succo planta-
ginis, auxiliantur omnibus alvi, & uteri fluxionibus. Confert earum decoctum potum contra venena. Cruda ac recentes
intrita, illitaeq; inflammationes leniunt. Illinuntur eadem cum salsa axungia maleficis ulceribus. Calyx quo glandes in
arbore substinentur, easdem possidet facultates, sed magis cum adstringit, tum contrahit. Galeno tam quercus, quam qua-
rundam aliarum glandiferarum arborum medicina commemorantur libro 6. simplicium medicamentorum, his verbis.
Quercus partes omnes adstringentis qualitate participes sunt. Sed plus tamen habet, quam in trunci cortice membrana sub-
est, tum quae sub glandis ipsius calyculo, ea videlicet, quae fructus carnem convestit. Quamobrem ad profluvium muliebri, &
sanguinis exspunctiones, tum dysenterias & diuturnos ventris fluxus commodam esse credunt. Maxime vero ea utuntur de-
cocta. Valentinus tamen adstringunt, fagus, & ilex, seu quis has species esse roboris velit, seu toto genere diversas. Quin & fo-
lia harum plantarum tenella illa non infrenuē desiccare valent, minus autem quae sunt alterius roboris, nimirum quanto
minus sortita sunt adstrictionis. Siquidem ego quandoq; glutinasse me vulnus memini salce insitū, cum nullum adesset ad-
manum medicamen praeter ipsius quercus folia: trivi ea in levi petra, & vulnus, omnemq; vicinum locum contexi. Eandem
vim foliis habet & fructus roboris, eiq; medici nonnulli ad incipientes & crescentes utuntur phlegmonas, nam quae jam ve-
hementes sunt, adstringentia respuunt. Sed et alia ad curandi potius rationem, quam ad praesentem tractatum attinent. Ce-
terum in praesentia novisse, quod eatenus adstringentem quatenus dictum est, facultatem quercus obtineat, sufficit: ac pro-
inde desiccandi, atq; adstringendi: excaesificandi autem paulo infra media, in genere scilicet eorum, quae (ut sic dicam)
tepidae sunt. Arbor, quae apud Graecos: Quercus Latinis appellatur: Chullos, Hullet, aut Beluth, Arabibus. Quercia, Italici
Eychbaum/ Germanis: Robre, Hispanis: Chesne, Gallis. Quae vero apud Graecos: Fagus Latine dicitur: Arabice, Chinasos,
aut Chiachas: Italicè, Faggio: Germanicè Buchbaum: Hispanicè, Haja: Gallicè, Fan. Quae deniq; Graeco voce nēphos:
Latina Ilex nominatur: Arabica, Barbes, sive Carmas: Italica, Elice: sive Leccio: Hispanica, Anzina, & Anzinbera:
Germanica, Stecheychen. Gallis Veuse. Suber autem Graecis φειδός: Italis Sugaro: Germanis, Pantoffelholz. Suber au-
gustifolium φειδός τριφύλλος. Phellodrys, Graecis pariter φειδός: Italis praesertimq; Hetruscu, Cerosugaro.

Quercus Apris: Veteres omne genus arboris Apris appellatione intellexerunt, à Apris erumpo aut
pullulo: posterioribus Apris omnem arborem glandiferam tantum significat & praesertim Quercum. Una
voce Latina comprehendi posse Plinius negat: at Gaza Roboris appellatione contineri posse censet.
Quercus apud Latinos, modo pro genere, modo pro unica ejus specie ponitur. Sic fructus *badavos* glandes
dicuntur: licet Latini, ut Jabolenus ait, glandis nomine omnem fructum sint complexi: at Plinius Glandi-
dem, inquit, quae proprie intelligitur, ferunt Robur, quercus, esculus, cerrus, ilex, suber. Genera Quercus
quinq; Theophrast. 3. hist. 9. Platyphyllos, hemeris, phagus, aegyllops, haliphlaeos seu cerrus foemina: quae
caudice, ligno, folio, fructus sapore, magnitudine, figura, colore variat. I. Quercus latifolia seu platyphyl-
los Theophrasti, cujus iconem adjecimus: quam in marem & foeminam distinguunt. II. Quercus longissi-
mo pediculo est Hemeris Idæorum, Etymodrys Macedonum, Placidam Gaza interpretatur: huic peculia-
re, quod longo pediculo & tenui affixa sit, modò unica, modò gemina glans: hujus & flores adpinximus.
III. Phagus seu Esculus, Roboris primum genus Clusio qui quinq; Roboris species proposuit, ut est in
Pannonicis, distinctas in quo genere mas est & foemina. IV. Quercus calyce echinato, Aegyllops Idæorum
Aspris Macedonum, Cerris majore glande Lob. V. Quercus
calyce echinato altera, Haliphlaeos Idæorum & Macedonum,
Cerris Plinii minore glande Lobelo: hujus lignum saepe lapi-
descit. VI. Hujus etiam species in Burgundia reperitur minor,
glandibus tribus quatuorve simul junctis, quae sine pediculo
furculis haerent, calyce valde hispido, quam apud fratrem Jo-
hannem Bauhinum III. Ducis Wirtenbergici Medicum Mon-
tembelgardi vidimus. VII. Quercum marinam refert Theo-
phrastus 4. hist. 7. foliis lenibus carnosiss, myricae folio: quam
nunc habemus: oblonga lataq; habet folia eaq; mollia. VIII.
Praeter autem ea, quae ex Theophrasto Matth. refert Quercum
ferre, ad annosarum Quercum radices uva reperitur anti-
quis incognita, vernali potissimum tempore, aliquando etiam
in Canicularibus, ex superfluo succo circa radicem coacerva-
to diutiusq; detento, sub terra prorumpit concretitium quid-
dam uvae forma, colore foris purpureo, intus candido & qua-
si lactifero, saporis adstringentis, quae in aestate lignescit. Col-
ligenda vernali tempore, in umbra siccanda, siccata pulveri-
fanda, cum pulvis hic in Dysenteria sit insignis, & in omni
fluxu sanguinis: hac una desperatos dysentericos se curasse re-
stat Encelius libro tertio de lapidibus & gemmis capite 51.
Hanc cum nemo pinxerit, eam depingi voluimus, ex uva
quam Friburgo à clarissimo Johan. Schenckio à Grafenberg
ante annos decem accepimus. IX. Fagus Latinorum, non
autem φηγός Graecorum sive Dioscoridis: φηγός Graecorum
Phegum vertere oportet, non Fagum, cum haec inter se diffe-
rant. Graeci enim ut ex hoc Dioscoridis loco & Theophra-
sto liquet, glandiferis conneunt suam φηγός, cui glan-
dem tribuunt, non oblongam sed rotundam. Latinorum
Fagus glandem proprie non fert, sed in echinato involu-
cro

VIII. UVA QUERCINA.



40
50
60

cro castaneorum more, aliquot parvas, pingues & oleosas nuces, non rotundas, sed acuminatas & triquetras. Quare Fagus Latinorum sui generis est arbor quæ Theophrasto *εἰς* vocatur, scissimam Gaza reddidit, eò quòd ejus materia facili in tenuissimas laminas findatur, Fagus recentioribus. X. Ilex *αἰθρα* (quia ferra propter duritiem sit secanda) duplex, altera folio non spinoso, alia spinoso. Ilex Italica folio oleæ. C. B. Ilex prima folio oleæ Plinio. Ilex Lac. Cæf. Lugd. cui & Phellodrys folio ferrato angustifolia. Ilex angustifolia Tab. Ilex prima Matthioli & Smilax Arcadum Theophrasti, Clus. hisp. Suberi ramulum hujus adpinxit Lob. XI. Ilex Hispanica spinoso folio. Ilex major Clus. hisp. & Pan. Ilex major glandifera, Dod. Ilex arbor. Lob. Ilex latifolia, Cam. in Matth. Ilex Taber. Lugd. cui & Phellodrys nigra: Ilicis alterum genus Cæfalpino. Hæc altitudine & ligni materia cum præcedenti convenit, & foliis differt, quæ in hoc latiora sunt, ambitu sinuoso & aculeato: licet in eadem diversa etiam observentur, ut in juvenis folia per margines spinis horreant, adultæ verò aculeis careant. Flosculi pusilli flavescentes, oblongum racemulum constituentes Majo mense inveniuntur: quib. succedunt fructus seu glandes ratione locorum variantes, interdum namq; glans major & longior, ut in Hispania: interdum minor & brevior quam in quercu, ut in Narbonensi: spinosa attamen intelligitur calyce, qui per maturitatem alicubi nigricat, & cujus nucleus albus gratiq; saporis. Frequens hæc in nemoribus & convallibus Hispaniæ & Galliæ Narbonensis. XII. Suber, dicitur & Ilex fœmina Plinio: duplex est, alterum rotundo, alterum oblongo folio. Rotundo, Suber dicitur Lac. Lon: Cord. in Diosc. Cæfal. & Suberella: Suber latifolium, Clus. hisp. Cast. Tab. Lob. Suber folio brevior & latior, Lugd. Phellos five Suber Dodo. XIII. Suber oblongo folio: Suber angustifolium. Cast. Tab. Suber Aquitanicum & Suber folio deciduo Theophrasti, Clusius hisp. Suberi latifoliæ suæ ramum adpinxit Lob. XIV. Phellodrys, id est suberi quercus: Ilex fœmina Arcadibus, Theophrasto monente, Phellodrys. Cast. Lugd. Tabernæmontano.

I. CASTANEÆ.

II. CASTANEÆ EQVINÆ.



Kæpura.

CASTANEÆ.



CAP. CXXII.

Sardianæ glandes, quas aliqui Castaneas, aut lopima, aut glandes Jovis appellant, adstringunt & ipsæ, similesque effectus præbent: præsertim tunica, quæ carnem, & corticem media intercursat. Carohis, qui ephemerum biberunt, conveniens est.

Castanea nuces sunt in tota Italia vulgò notissima: item & earum arbores haud quaquam incognita. Antiqui castaneorum complura fecerunt genera: omnibus plerunq; inditis à locis, unde importabantur. Sed duo tantum in Hetruria habentur genera, sativum scilicet, & sylvestre. In domesticarum genere habentur majores, quæ Marones vocantur: & minores quæ peculiariter Castania vocantur. Mitiores facile purgantur, harumq; illa principem locum tenent, quas vulgus Marroni appellat: quippe quòd ceteris sint majores, saporiores, speciosioresq;. Arbor est procera, amplaq; foliis oblongis juglandis similibus, venosioribus tamen, & per ambitum simbriatis, fructu echinato: nuce intus solida, altera parte plana, altera gibbosa, triplice tegminis ambitu septa, membrana primùm tenui, crispâq; & amara, mox lento ac coriaceo cortice, demum echinato calyce, alba intus pulpa ac dulci. Ligni materies solida, ac diuturna. In montanis, ubi quotannis aliarum frugum annona deficit, incolæ castaneis per hyemem vistant. Namq; eas in cratibus fumo prius exiccatas ab utroq; cortice repurgant, moluntq; in farinam, ac deinde cogunt in panem. Materies arboris adificiis, atq; aliis domesticis utensilibus

Castanea libus admodum apta est: siquidem non modò ex ea sunt trabes, tigna, afferes, & pedamenta, sed & cadorum costae & eorum cinctus: verum ignarus inepta. Montibus, & opacis gaudet magis quam campestribus, & apricis. Creavit quoque natura aliud Castanearum genus, in orient alibus regionibus, de quo tam apud antiquos, quam recentiores (quantum viderim legerimque) nemo est, qui meminerit. Arbor est Castanea hac spectata proceritatis, folio pentaphylli, senu tamen divisa: sed longè humana manu, quin etiam Ricini folio, grandiore, longo ac tenui pediculo appenso. Echinos fert in cacumine, magnitudine nostratibus aequales, subrufo colore, verum duriore ac crassiore putamine, aculeis raris, sed robustis ac firmis, & calore flavescentibus: singuli singulam includunt castaneam nostratibus fere similem, crassiorem tamen rotundiorémque, cortice subnigricante, praterquam anteriori parte, qua interno echini putamini conjungitur, ea enim albicat, macula cordis figuram praeferente, quemadmodum videmus in repenti vesicaria semine. Totus idem robustus est, simplex tamen nullam intra se aliam tuniculam habens qua carnem ambiat illi similem, qua nostrates castaneae conteguntur. Sapor pulpa vulgaris, fere similis habetur, sed dulcior paulo, nec adeo mandentibus grato, si tamen ex sicco fructu id quidem rectè percipi potest. Adstringunt, & flatu devorata pariunt. **EQVINAS** hasce castaneas appellant Constantinopolitani, quòd anhelosis, ac tusientibus equis plurimum auxilii afferant devorata. Dantur quoque, sanguinem rejicientibus. Plantae tamen, una cum pregnantibus echinis misit ad me Constantinopoli Gulielm. Quacelbenus Flander, medicus insignis, una cum quam plurimis aliis, de quibus in epistola latius diximus. Castaneae vehementer sistunt tum alvi, tum ventriculi fluxiones, idque maxime sicca: quin & sanguinem excreantibus prosunt. Trita cum sale melleque, subactaque, rabidorum canum moribus utiliter imponuntur: & cum hordeacea polenta, & aceto illita mammarum duritias discutunt. Venerem excitant, eo quòd flatum gignant. Largius in cibis sumpta capiti dolorem inferunt, inflant, alvum adstringunt, ac egre concoquuntur: attamen quae cineribus obruta torrentur, vulnere prius in latere cortice, crudus & elixus innocentiores redduntur, praesertim si cum pipere, & sale, vel saccharo edantur. Interior castanearum membrana rubens, qua albicans pulpa circumvestitur ex vino austero pota, duarum drachmarum pondere, sistit valenter immodicos omnes alvi fluxiones, & sanguinis rejections, quin etiam cum pari pondere ramentorum Eboris, alba feminarum profluvia cohibet ex aqua alba Nymphaeae hausta. De castaneis differens Galenus libro secundo de alimentorum facultatibus, sic inquit. Castaneae omnium glandium sunt praestantissima. Sunt qui hos fructus domiis: appellant: hi namque, & soli inter fructus agrestes alimentum memorabile corpori praebent: haec Galenus. Illud porro in his verbis animadvertendum, quòd Castaneae, quamvis eas Gal. plurimum nutrire prodiderit, non tamen in cibis commendantur, si comedantur frequenter. Namque, ut idem auctor est libro de tenui victu ratione, sint illae in aqua coctae, sint tostae, sint etiam fixae, semper esitanti bus noxam inferunt, multoque magis, si crudae edantur: Quod etiam libro de cibis boni & mali succi memorie mandavit. Castaneae ita Latini vocatae, Graeci καστανά, σοφολία, ὀκάλαν, ἢ ἰὺς καλάν, ἢ λόνια dicuntur: Arabibus, Sadianalach, Castal, & Stebulor: Italis, Castagne: Germanis, Kestem: Hispanis, Marones: Gallis, Castaignes: Bohemis, Kasstany.

Castanea καστανά & καστανά, à Castano Magnesia urbe, Phocioni: Nux heracleotica Macrobio Plinius lib. 15. cap. 23. genera octo recensuit. Apud Germanos triplex genus, unum sylvestrium & duo fativarum. Sylvestrium proventus in Alsatia inferiori: fativarum quaedam minores, quae populares & coctivae Plinii videntur: quaedam verò grandes ex Allobrogibus allatae, quas Marones appellant. Verum figura & sapore etiam differunt. Nux Euboica Theophrasti censetur, quam Juglandem aliquando Gaza vertit. Castanea herbariis dicitur. II. Castanea equina Lob. Cast. Clus. Pan. Lug. Tab. Cæf. qui dubitat an sit Myrobalanus folio Heliotropii Plinii. Addit & tertium genus Lugd. historia Castaneae humilis, proventus ad montem Pilati non longè Lugduno. Quartum habet Monardis, & ex eo Castor, Castanearum purgarivarum ex India.

GALLA.

Kons. GALLA. CAP. CXXIII.

Meum
& Car.
ἀνταλ-
vis.Gallarū
confider.

Galla fructus est quercus. Aliqua omphacitis appellatur, parva quidem, sed articulorum manus modo rugosa, solida, nullo foramine pervia. Altera plana, levis, perforata. Eligi debet omphacitis, quae efficacior est. Utriusque vis vehementer adstringere: tritae excrescentias in carne, fluxiones gingivarum & uvæ, atque oris ulcerationem cohibent. Nucleus dentium cavernis inditus, dolorem sedat. Crematae carbonibus, donec igne flagrent, & vino, aut aceto, aut acida muria extinctae, sanguinem supprimunt. Decoctum quibus insidere expedit, efficax est, & contra vulvas procidentes, fluxionesque. Capillos denigrat, aceto aut aqua maceratae: dysentericis, coeliacisque cum vino, aut aqua tritae convenienter illinuntur, aut bibuntur: obsoniis addi debent, aut integræ in aqua præcoqui, in qua nonnihil excoquendum est, quod his affectibus conferat. In summa his utendum ad adstringenda, aut sistenda, aut siccanda, quae opus sunt.

Galla vulgò notissima sunt easque, ferunt arbores omnes (ut Plinius auctor est) quae & glandem. Nascentur sole de geminis exeunte: & fastu nimio excipiuntur, arescunt protinus, nec amplius adolefcunt. Quercus in Italia praeter glandes duo Gallarum genera ferunt. Minores quae rugosa cute spectantur, fullombus, & coriariis expetita, quae Graeco nomine omphacitides dicuntur. Majores verò, quae

- que leviores habentur. Caterum neq. in hoc Cornario ad stipulandum esse iudico, quod suis in Galenum commentariis Cornarii opinio reproba-
tam primo, quam sexto libro de comp. med. secundum locos, acriter contendat, nil aliud omphacitidem gallam esse Dio-
scoridi, & Galeno, quam calycem illum, quo glandes in arboribus continentur. Hoc tantum argumento ductus, quod Paulus
cap. de dysenteria in quodam elyteri scribat: *ὀμφακίς* & *νύμφακίς*, *ἐστὶ δὲ τὸ νύμφακιν, ἐξ ἧς ἐκτρέφεται ἡ τῆς ἀγρίας γάλλας*
Sic si *ὀμφακίς* *χένωτος*, id est: omphacidis iusta: est autem cavum illud, ex quo glans quercina enascitur, quo coriarii ut-
untur. Ubi ipse non omphacidos, sed omphacitidos putat legendum, vulgatam lectionem immutans. Ex qua postea non a-
liud omphacitidem gallam (ut diximus) esse existimat, quam cavum illud, in quo glandes inseruntur, quod recentiores cu-
pula vocant: statuit q. nunquam a sua opinione recedere, nisi quis plane corruptum apud Paulum locum docuerit, aut
ἐμφακίδα ab eo substantivè pro eo, quod calycem Plinius dixit, & vulgò cupula glandis vocatur, dictum ostendat. Sed equi-
dem non possum non admirari, quod is, quem alioquin suorum scriptorum testimonio, acutissimi ingenij, sanctissimiq. iudicii
virum semper existimavi, in re tam, meo iudicio, clara, tam facile aberraverit. Nam si Paulus non putasset, quod ἐμφα-
κίς Græcum vocabulum ob sui raritatem permultis fuisset obscurum, quemadmodum & Cornario fuisse videtur, ei certè
non fuisset opus per circumlocutionem illud declarare ut fecit, cum inquit. Est autem ἐμφακίς cavum illud, ex quo glans
quercina enascitur, quo coriarii utuntur. Quod præterea Paulus pro omphacitide galla gladium calycem non acceperit, illud
manifesto argumento esse potest, quod ipse libro septimo de gallis, non autem de glandibus differat, duosq. gallarum genera
constituat, quarum alteram omphacitidem appellat: alteram verò magnam, flavo colore, viribusq. inferiorem esse scribit.
Quod etiam ante Dioscorides, & Galenus fecere, qui omphacitidem gallam glandium calycem esse nusquam, quod sciam,
tradidere: quod non ignoraverint (ut Cornarius ignorasse videtur) & genere, & specie a gallis differre glandes. Adde, quod
Galenus, Dioscorides, & Paulus nusquam, quod equidem legerim, nisi sunt hoc vocabulo ἐμφακίς pro galla, nisi adjectivè,
& cum suo substantivo agnis. Quare concludendo putaverim, in Paulo legendum esse, ἐμφακίδα, non ἐμφακίδα, ut con-
tendit Cornarius: quin etiam crediderim Græcis glandium calycem ἐμφακίδα propriè appellari. Tamen si Cornarius, &
Ander-
nacus no-
tatur.
Atramē-
ti scripto-
rii cō-
ficiendi
ratio.
Gallarū
prælagiū.
20. cum suo substantivo agnis. Quare concludendo putaverim, in Paulo legendum esse, ἐμφακίδα, non ἐμφακίδα, ut con-
tendit Cornarius: quin etiam crediderim Græcis glandium calycem ἐμφακίδα propriè appellari. Tamen si Cornarius, &
Ander-
nacus no-
tatur.
Atramē-
ti scripto-
rii cō-
ficiendi
ratio.
Gallarū
prælagiū.
30. currit araneus pestilentium morborum prælagium est. Neq. cuiquam mirum videatur, quod ex omnibus gallis ista exo-
riantur animalcula: etenim ego huius rei sapius periculum feci, nullamq. unquam sum consecutus, prius non perforatam,
qua ex tribus animalibus unum intra se non contineret: nam foramine conspecto facile indicium sumi potest, jam ani-
mal exiisse. Dicamus igitur licet, quercū & fructū, & animal gignere. Cujus rei haud ignari veteres illi patres non sine cau-
sa quercum dixerunt fovi summo esse dicatam. Gallarum vires memoria prodidit Gal. lib. 7. simpl. medic. sic inquit. Gal-
la, quæ omphacitis nuncupatur, admodum acerbum est medicamen, plerq. sui parte essentia terrena, & frigida: perquam
desiccatur, & repercutit fluxiones: ad hæc constringit, contrahitq. partes laxas, ac languidas omnibusq. fluxionum affectibus
strenuè resistit. Esto verò tertii in desiccando, secundi autem in refrigerando ordinis. Altera autem galla, flava illa, & ma-
gna, laxa q. & ipsa desiccatur quidem, sed tanto minus, quanto minus acerbæ qualitatibus est particeps. Coctæ itaq. ipsa per se,
ac deinde trita, cataplasma est non infrenuum sed pblegmonarum, ac procidentiarum. Porro coquenda est, si modica opus
40. sit adstrictione, in aqua: sin vehementiore, in vino. Ac si augere insuper adstrictionem sit opus, vino utare austriore. Hanc
rustici nostrates ἐμφακίδα, quasi vini gallam dicat, nominant. Deniq. galla combusta sanguinis reprimendi facultatem
acquirunt, ac nimirum etiam calorem, & acrimoniam ex usione assumunt: suntq. is, quæ ignem experta non fuerint,
tum subtiliorum partium, tum majore desiccandi potestate. Caterum cum ad sanguinis suppressionem præparare eas vo-
les, carbonibus impostas, dum undequaq. candant, aceto, aut vino extinguere oportebit. Quercus fructus nonis Græcè di-
citur: Galla Latine, pariter & Italice: Hafs, aut Hafs, Arabicè. Gallöpfel und Eychöpfel, Germanicè: Galba, & Bu-
galba, Hispanicè. Noix de galle, Gallicè. Bohemicè Galles aneb bublink.
† Hoc loco Græci codices habent νύμφακίδα, Quæ voce constat, iudicio meo, Dioscoridem galla omphacitidis figuram
designasse, cum prius magnitudinem expressisset. Atamen ex interpretibus Marcellus manifeste eam etiam ad magnitudi-
nem retulit. Ruellius autem, cum eam tuberosam interpretetur, ipse quoq. magnitudinem innuisse videtur. Quocirca no-
50. bis satius visum est, omphacitim rugosæ parti articulorum in digitis, cum extenduntur, similem reddere: quod non solum
id innuat Græcum vocabulum: sed multo etiam magis omphacitides ipsæ apertissime demonstrent.

Pörr.

RHUS.

CAP. CXXIV.

- Rhus, quæ obsoniis aspergitur, [ab aliquibus erythros appellata,] semen est coriarii fruticis, [sic
vocati, quoniam coriorum infectores eo utuntur ad inspissandas pelles.] Arbuscula + est in pe-
tris nascens binum ferè cubitorum altitudine: foliis oblongis, subrubentibus, in ambitu ferratis + ili-
cis modo: acino uvarum gracilium, denso, magnitudine terebinthi, quadantenus lato: cujus corticosa
tunica perquam utilis est. Folia vim habent adstringendi, & acaciæ effectus præbent. Decoctum capillos
60. denigrat: dysentericis infunditur, in porus eorum, infususque adjicitur: instillatur auribus purulentis:
gangrænas, & prerygia cohibent folia ex aceto, aut melle illita. Liquamentum fit ex aridis foliis, ad craf-
situdinem [mellis] in aqua decoctis, ad eadem, ut lycium, conveniens. Semen eosdem effectus exhibet:
cœliacorum, dysentericorumque obsoniis inspergitur: fracta, desquamata, lividaq. illitum ex aqua, ab
inflammatione vindicat: linguæ asperitates cum melle abstergit: candida fœminarum profluvia sistit:
hæmorrhoidas sanat, cum querno carbone intrito admotum. Aqua, in qua semen maduit, decocta cogi-
tur, coitque, efficacior quodammodo ipso semine. Gummi defert, quod dentium cavis imprimatur, ad
dolores finiendos.

Orib. nō
legit cō-
clusa.
† pūmē. i.
parva ha-
bet Orib.

Q 3

Rhus



Rhois
confider.

Rhus Gracorum, cui (ut scribit Plinius li 24. cap 11.) Latinis non est inditum nomen, Sumach officinis vulgò vocatur, vocabulo nimirum à Mauritanis accepto, ut in aliis quam plurimis ab illis fieri solet. Hac in condimentis pro sale utebantur antiqui: idcirco Dioscoridi in ipsius capitis fronte, Rhus dicitur, quæ obsoniis aspergitur. Cuius usum ut audio, & apud Syros & apud Aegyptios in hunc usq; diem perdurat, ubi rhus provenit præstantior. Nascentur & in Italia Apennino monte pluribus in locis, is omnibus planè notis quæ illi à Dioscoride tribuuntur. Huius aridis foliis hircorum, caprarumq; pelles illa spissantur, crispantur, concinnanturq; quas vulgò Somachi nuncupant. Ceterum illud non videtur præterendum, quod etsi Galenus tum alibi, tum præcipue lib 6 de comp. med. secundum locos, plura Rhois nomina & genera explicasse videatur, ut qui id modò Syriacum appeller, modò Ponticum, modò obsoniorum, modò coriarium, modò rubrum, non tamen propterea censendum est, Rhois arbores inter se genere, vel specie differre. Quandoquidem nobis constat, unum tantum genus Dioscoridi hoc loco descriptum esse, quemadmodum & Galeno lib 8 simp. med. Atqui hac in re scire convenit, quod Rhus obsoniorum nihil aliud est, quam semen: coriariorum verò nil aliud, quam folia, & fruticis ramusculi. Nosfræ enim sententiæ subscribit Dioscorides, qui scriptum reliquit: Rhus semen est exigua planta, qua coriarii ad inspissandas pelles utuntur. Quod etiam Galenus confirmat loco citato. Rhus verò rubens nil aliud esse comperitur, quam ejus semen immaturum, cui major adstringendi vis inest, quam maturi, ejus acini quadautenus nigricant. Syriaca præterea, atq; Pontica rhus, etsi in aliis nascatur regionibus, a quibus nomen invenit, nihil tamen genere distat ab Italica atq; Iberica, nisi illa magis, hæc verò minus viribus præstet. Ideoq; Monachos illos, qui in Mesuem commentarios edidit, longè hallucinari crediderim: nempe qui sibi persuaserint, Rhoem Ponticam alterius esse generis ab ea, cujus extitit usus apud antiquos in obsoniis. Quia in re & Plinius deceptus esse videtur, cum de coriario particulariter scripserit, ipsumq; diviserit ab eo, quo in ciborum condimentis antiquitus utebantur. Fuchsius verò, non contentus duobus Rhois generibus, Plinii imitatione, tertium a linvenit. Et enim in lib. de componendis med. quem secundo loco edidit, Rhoem Syriacum non solum differre scribit ab eo, qui tum culinis, tum coriariis expetit, sed peculiarem quidem Syriacæ arbusculæ succum esse censet, quod Galenus lib. 6. de comp. med. secundum locos succum rhois Syriaci in quoddam medicamentum addat. Sed errat Fuchsius in hoc, mea quidem sententia, quandoquidem non video, quomodo ex mentione succi rhois Syriaci à Galeno facta, colligi possit, rhoem Syriacum esse genus separatum: nam ego potius adducar ut credam, ita eum cognominatum fuisse à Galeno, quod apud Syrios cæli & soli illius temperie proveniat ceteris præstantior. Et quamvis Theophrasto lib 3. cap. 18. Rhus duplex reddatur, mas scilicet, & femina, quod alia sterilis, alia fructifera sit, non tamen ob hoc posteritatis memoria prodidit, quod altera cibus, altera coriis nasceretur, sed ambas ad coria inscienda destinavit: quod coriarii folia, & ramusculos tantum accipiant, non autem semen. Rhoem, quæ in Cornelio Celso ros Syriacus depravatè legitur, Mannam, quæ ex Syria nobis adve-

Monachorum
error &
Plinii,
Fuchsi,
opinio da-
moata dū
Rhois 3.
fecit ge-
nus.

Rhus du-
plex Theo-
phr.

Petri Cri-
niti la-
pus ros
Syriacū,
Mannam
putantis.
Fluida
Theodo-
ro.

Viburni
historia.

bitur, esse putavit Petrus Crinitus Florentinus cap. 7. libri ultimi de honesta disciplina, falsus vocum similitudine, quod ros, quæ dictio rhus Gracè legenda est in Celso, aeris rorem significare crediderit: etenim mannaros quidam est. Veruntamen ejus sententiam acriter exposcit Manardus Ferrariensis lib. epist. suarum primo. Theodorus in Theophrasto Rhois vocabulum fluidam interpretatur, quod nomen Graci et yunum secutus sibi Latine finxit: quippe (ut Plinius est auctor) rhus Latini nomen non habet. Id quod mihi errandi præbuit ansam, cum jam dudum pro certo existimaverim, fluidam Theophrasto eam arbusculam esse, quæ vulgò Lantana vocatur, & cujus radicibus viscum quidam conficiunt. Verum cum accuratius Graecum Theophr. codicem perlegissem, Theodoriq; novum vocabulum non sine bile examinasset, erroris mei causam facile deprehendi. Quo factum est, ut jam fateri libeat, fluidam Theodori nil aliud Theophr. designare, quam Rhoem, & ob id Lantanam sic à vulgaribus vocatam, ut prius credideram, non esse. Quæ tamen (ut mea fert opinio) potius VIBURNUM imitatur, quod maxime lentæ, obsequiosa, flexuq; invita sit. Tale enim esse viburnum Virg. in Bucolicis cecinit hoc carmine.

Quantum

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Exir hac ramis digitali crassitudine, bicubitilibus, foliis ferè ulmeis, crassioribus, incanis, & pilosioribus, qua paribus internodiis aduersis pediculis conjugatim adherent, per ambitum tenuissime serrata. Florem edit album, umbellæ modo coherentem: à quo acini prodeunt lentium modo pressi, qui primo statim exortu virides, deinde rubri, demum verò nigri spectantur: radice per summa cespitiū vagante: virga adeo flexiles, lentæq, habentur, ut ad colligandum fasciculos in commoda utantur rustici. Nascitur in sepibus, & frutetis, & inculto solo. Folia aspera sunt & gustu adstringentia: fructus, ubi ad ultimam pervenit maturitatem, alvum exolvit. Sententia nostræ ad stipulatur Ruellius, non solùm quòd hac planta flexilis admodum ac lenta omnibus suis partibus habeatur, sed etiam quòd hæc in Gallia proprium retineat nomen. Nam detruta una tantum litera ibidem viurna vocatur. Plura de hac planta diximus adversus Guilandinum calumnias in Epistolis nostris. Non desunt autem, qui genistam quandam Viburnam faciant, eo tantum argumento, quòd Calabri Genistam illam, Vavorna nuncupent. Atqui nihil est, quod me adducat ad credendum, Virgilium Genistam vocasse Viburnum, cum hac proprium habeat nomen. Viburni itaq, folia adstringentis sunt facultatis, ut praxidimus, ideoq, prestat ad vacillantes dentes confirmandos, & gingivarum rheumatismos, si decoquantur in vino austero: atqui longè magis valebit, si cum oliva foliis decoquantur in aqua & aceto, & ex hoc decocto sape foveantur dentes. Gargarizatur idem ad columellæ prominentiam & ad faucium fluxiones: utrum acini aresciti anteaquam maturecant, & in pulverem poti, alvi fluxiones sistunt. Paratur & radicem corticibus sub terra maceratis, & subinde decoctis, & diu rursus viscum ad aucupia haud inutile. Folia ubi in lixivio decoquantur, capillum denigrat, & eosdem fluentes sistunt. Ceterum cum Rhois mentio Cotinum arborem mihi in mentem redegerit, quam Itali vulgo vocant Scotano, quòd hac quoq, planta coriarii utantur, non minus quàm Rhoë ad coria firmanda, prætermittere sane non potui, quin in Medicum usum hic ejus historiam, & vires attexerem, & ejus quoq, imaginem adderem. Est itaq, COTINUS planta vel arbuscula fruticosa, foliosaq, ra-

Viurna
Galloi.
Genista
quandam
Viburnū
est.
Viburni
vires.

Cotini
historia.

III. COTINUS.

COTINUS CUM FLORE.



mis numerosis, tenuibus, subrubentibusq, foliis densis, reverbini rotundioribus, ac latioribus, odore subgravi, gallæ contrita modo, crescit ad terram quatuorve cubitorum altitudinem, & si quandoq, adhuc grandior evadat, caudice humano brachio paulo minore: materie adeo flava, ut ad lanianda coloranda maxime infectionibus expetatur. Gerit in ramisculorum cacuminibus magnam, plumosamq, congeriem, umbellæ ferè speciem præseferentem, colore ex candido rufescente, in qua siliquæ oblongæ hyperici ferè haud absimiles proveniunt, in quibus semen concluditur. Provenit copiosa in Tridentino agro, Veronensi, & in aliis non paucis Italia locis, & præsertim in Apennino monte. Meminit brevit ex Coroni Plin lib. 16. cap. 18. his verbis. Est & in Apennino frutex qui vocatur Cotinus ad lineamenta colore insignis: hac ille. In multis Insularum locis appellatur vulgò Roso, & Scotano, ubi in arbusculam adolevit. Vni illi adstrictoria insignis, exiccans, cohibensq, Sannatur foliorum decocto in collutionibus oris, & lingua ulcera, quin etiam columellæ, & faucium defluxiones. Valer idem ad genitalium quoq, ulcera, ubi eo sape abluantur. Adduntur folia in deflexionibus, quæ ad menses cohibendos parantur. Siccorum foliorum, ac ramusculorum pulvis, ventri prius aceto rosaceo illito, inspersus, alvi defluxiones quascunq, compescit. De Rhoë hac, quæ sequuntur, nobis scripta reliquit Galenus simplicium medicamentorum sic inquit. Rhoë fruticosa planta astringit, desiccatur. Nam & coriarii ad desiccandum, & adstringendum pelles planta utuntur: ac proinde Supposedum hoc est, excoriaria appellata est. Porro Medicis in usu sunt in primis fructus ejus, & succus multum austera qualitatis. Consentaneus est usus particularis ipsi gustus sensui. Fuerit itaq, & hoc medicamen ex tertio ordine exiccantium, ex secundo verò refrigerantium. Pōi ut Græci, ita etiam Latinis Rhoë nominatur: Nominis

Cotinus
ex Plinio.
Cotini
vires.

Rhoë vi-
res ex
Galeno.

Sumach, Adurion, Rosbar sadisticos, seu Rosaidicos, Arabibus: Rhu; & Somacho, Italis: Sumach, & Sumagro, Hispanis: Germanis, Gerberbaum: Gallis & officinis, Sumac, Viburnum autem Italis Viburno: Insularibus, Lantanna: Gallis, Viorne & Maussane, Germanis, Schlingbaum. Cotinus, Italis, Scotano & Roso.

† In vulgatis Graecis codicibus hic legitur *αποσταλς*, hoc est, ilicis modo. Hac dictio qua ratione ab interpretibus Ruellio, & Marcello omisa fuerit, certe nescio. Sed mihi quidem visa est non omittenda, quod non modo eam quoque Orbasius legat, sed quod etiam Rhus solius pulchre Ilicem amuletur.

I. Rhus, *ῥῖς* Hippocrati à colore coccineo acinorum dicitur: Rhus Cord. in Diosc. Lac. Lug. Tab. Rhus coriaria, Dod. gal. & fol. Rhus obsoniorum Lob. Sumach Lon. Castori. Est & alterum genus à Plinio, myrti folio, propositum, de quo Ges. hor. Lob. Lugd. Dod. Tab. II. Hæc quibusdam Viburnum Vergilii videtur, aliis spinea Theophrasti. Viburnum Ges. hor. Cast. Lugd. *Σκινερ Μάλbaum* Trago & Lon. Lantana (quod lenti sint rami) Ges. hor. Dod. Cæsal. cui Rhoe, sive Fluida, ut Gaza vertit, Theophrasti videtur. Viurna vulgi Gallorum & Ruellii, Lobelo. III. Cotinus Plinii, Ges. hor. Cam. Cast. Tab. Cotinus coriaria, Dod. Scotanum vulgo Cæf. Coccigria Theoph. Ges. hor. Lob. Lugd. Tab. Coggygria Plinii, cocconelia Theophrasti Clus. Pan. Quidam Rhoem coriariarum crediderunt, eò quod hujus cortice Allobroges coria spiliant, & Gaza *νομισμαλς* legit apud Theophrastum, & Prunum satis absurde vertit. Oleam Æthiopicam Hippocratis, Guilandinus nominare solebat.

ῥῖς.

PALMA.

CAP. CXXV.

PALMA in Ægypto gignitur. Ea medio maturitatis vigore, autumnò decerpi solet, Arabici myrobalani similis, pomatis cognomine, colore viridi, & odore mali cotonei: quòd si ad maturitatem pervenire finatur, phœnicobalanus fiet. Palma acerbior est, & adstringens: contra alvi, sceminarumque profluvia, in vino austero bibitur: hæmorrhoidas sistit: vulnera glutinat illitum. Phœnicobalani recentes plus siccis adstringunt: capitis dolorem afferunt: copiosiores in cibo inebriant. Sicciores sanguinem excreantibus, stomachicis, & dysentericis utiles in cibo: illinuntur cum cotoneo, & ceraro ananthino vesicæ vitiis. Caryotæ, præsertim esu, faucium asperitati medentur. Thebaicarum decoctum potu aestuationem sedat: vires recreat cum hydromelite veteri sumptum: cibo idem faciunt. Fit ex eis vinum ad eadem conveniens. Decoctum per se potu, & gargarizatione magnopere adstringit, & cohibet. Nuclei palmarum, cæterorum more, cremati in crudo hili, & vino restincti, cinere loto, spodi vicem efficiunt, miscenturque in calliblephara, quòd si non justam ustionem acceperint, denuo cremandi. Vim adstringendi habent, & spiracula cutis obductu suo claudunt: contra oculorum uvam, & pustulas, palpebrarum defluvia, cum nardo effectum præbent: corporis excrescentias cum vino reprimunt: ulcera ad cicatricem perducunt. Sed inter primas utiles ex palmis humilibus Ægyptiæ.

ῥῖς ἰδαρυ.

PALMA ELATE.

CAP. CXXVI.

PALMA, quam aliqui elaten, aut spathan appellant, fructus palmarum adhuc florentium involucrium est, calixque: quo in spillamenta unguentarii utuntur. Optima habetur odorata, astringens, ponderosa, præclusa, intus pinguis. Visei adstrictoria: sistit ulcera, quæ depascunt: laxatos artus committit: trita miscetur cataplasmatibus, & malagmatis: prodest præcordiis, imbecilli stomacho, & jecinori affecto, mista conferentibus cataplasmatibus. Ejus decoctum subinde deterfum, capillos denigrat: datur bibendum congruè renum, vesicæ, & viscerum vitiis: vulvæ, ac ventris fluxiones sistit: scabiem cum resina, & cera sanant, si viginti diebus recens apponatur. Involutusque in ea elate fructus, quem suo amplexu fovet, elate etiam vocari solet, & ab aliquibus borassus. Adstringit, & spathæ effectus præstat, non sic unguentis expetitus. Alba medulla caudicis recens in cibo, aut decocta, eadem facit, quæ borassus.

ῥῖς ἰδαρυ
ex i. co.
ita leg.
Antiquus
Cod.

Palma
confide-
ratio &
historia.

Elate &
ejus hi-
storia.

Palma
ubi opti-
ma.

Vinum
ex pal-
mulis Pl.

PALMA, arbor est procera, caudice admodum squamoso, ramos in cacumine tantum fundit in orbem actos, cacumini-
bus solum spectantibus: solius longissimis, duplicibus, gladii figura. Flores profert numerosos, tenuibus quibusdam villis
appensos, in magni racemi modum, facie crocinis similis: sed multo minores, albo colore. Ii antequam emergant, magno
quodam concluduntur involucrio, quod palmam elaten vocant, quo tandem debiscente, emergunt, ac panduntur. Hinc
subinde dactyli prodeunt, qui per Autumnum, una cum sicibus maturescunt, rufi colore. (Decerpuntur eodem tempore,
& insolantur ad usum,) nucleo intus durissimo, oblongo, canaliculatoque. Fructus palmarum adhuc florentium involucrium
est magnum pulvinaris faciem representans, extremitatibus in acutum desinentibus, colore subrufo, fragili materie, ac te-
nui. Debiscit hæc suo tempore, & numerosos pandit flores, in racemi magni modum, e quibus dactyli proveniunt, parum
racemosi. Nascitur Elate ex ipso caudice inter primos fere ramos, duarum spithamarum longitudine, ea, quæ hic appella-
ta est, imagine. Hanc, cujus hic imaginem damus, misit ad me integram, una cum dactylorum racemo, Gabriel Fallopius Me-
dicus clariss. qui etiam eodem tempore ejusdem Elates icones graphice delineat at nobis misit Jacobus Antonius Cortusius
patritius Patavinus, vir quidem ut prosapia & virtute præclarus, ita omni humanitate, & liberalitate præditus. Visun-
tur palmarum arbores in compluribus Italia civitatibus, nempe in hortis, viridariis, & monachorum claustris dielis, infi-
gni magnitudine, ac speciosa proceritate, cum tamen climatis nostri temperies earum naturis inclementior sit, fructum no-
bis non proferunt, sed steriles consenscunt. In Hispania tamen maritimis quibusdam locis fructum edunt, verum immitem,
& qui nunquam maturescat. Quæ in Creta proveniunt, fructum sane percoquunt, sed magis admodum Cypriæ. Principem
locum tenent, & palmulas omnium præstantissimas ferunt, quæ in Judæa proveniunt, & inter has maxime (ut inquit Ga-
lenus) quæ in Hiericunte nascuntur. Venetias palmarum fructus, qui nonnullis palmula, aliquibus caryotæ, quibusdam
verò dactyli dicuntur, ex Syria, & Alexandria Ægypti advehuntur, ac etiam ex Neapoli illuc prius ex Numidia impor-
tati. Ex recentibus ab arbore statim decerptis, quibus Italia caret, vinum fieri auctor est Plin. lib. 14. cap. 16. quo Parthi, &
Indi utuntur, at ceteri, qui orientalem plagam incolunt. Et ut idem refert lib. 13. cap. 4. Palma & femina fructum non profe-
runt, nisi prope marem conferantur: quo exciso, aut exiccato, vidua postea sterilefcunt: Nec tamen ob id putandum quod
maves

I. PALMA CUM FRUCTU
& floribus.DACTYLI CUM PALMA
elate.

mares fructum non ferant. Quandoquidem scribit Theophrastus lib. 2. c. 8. de historia plantarum, quod ex fructiferis (plures enim sunt, quae fructum non ferunt) tam mares, quam feminae fructus edunt. Quorum plures sunt differentiae, quoniam alii sine osse, alii duro osse, alii molli proveniunt. Colore quoque, inter se discrepant: alii enim candidi, alii nigri, alii flavi: ad summum non pauciores, quam ficorum colores, neque absolute pauciora genera statuerunt. Ad haec differre magnitudine, figuramque volunt: quosdam enim rotundos esse in modum malorum: magnitudineque, tantos, ut quatuor tantum in spicam reneantur, alios minutos cicerum magnitudine. Saporibus item plurimum differre inquirunt, sed optimum tam inter nigros quam inter candidos, genus, quod regium vocant, cum magnitudine, tum virtute, sed varum id esse. Quaedam non fructu modo, verum & arbore ipsa, longitudine, formaque, reliqua distant: non enim magnae, excelsaeque, sed breves secundiores, quam cetera, trima protinus fructificantes. Tales etiam in Cypro, in Syria quoque, Aegyptoque, palmae proveniunt: quae quadrimea, aut ut plurimum quinquennes fructificant, hominis altitudine assurgentes. Genus aliud est in Cypro, quod & folium amplius habet, & fructum multo ampliorem, discrimineque, peculiari discretum, magnitudine mali punici, figura oblongum, non tamen sapidum, tanquam cetera, sed radicibus similem, ut non devoretur, sed succo tantum expresso expuatur: haec de palmae historia ex Theophrasto. Sunt praeterea, qui palmarum generi adscribant plantam in Syria Aegypto, Cyproque, & Sicilia nascentem, quam Veneti inde redeuntes MUSAM appellant, & Musas similiter fructus. Adolescit haec (ut referunt) ad quinquem, senumve cubitorum proceritatem & stolonibus alterius satia: folio est arundineo, quod tamen perquam longo, latoque, ambitu se diffundit, adeo ut in longum trium cubitorum mensuram quandoque, excedat: in latum vero sesquicubitum, ac etiam quandoque, grandiore spatietur, lata crassaque, per medium excurrente costa. Torrescunt folia aestate sui natura, vel etiam sorte solis ardore, adeo ut mense septembri eorum costa prorsus nuda cernantur, decidente foliorum materia, quod admodum sit tenuis. Caulis squamoso foliorum cortice vestitur, palma vel arundinis fere modo. Ramos habet nullos, sed caudice tantum consistit. E vertice germen emergit materiae molli, longitudine fere cubitali, a quo alia ab origine ad summum produnt germinata ternum, quaternumve digitorum invicem distantia: e quibus circumeminent fructus parvi cucumeris magnitudine, qui per maturitatem quadantenus flavescunt, cortice sici, qui eodem modo digitis detrahatur. Substantia pulpa consistit melopeponum modo, nullo intus osse, neque semine. Sapore cum quadam insipiditate dulci. Primum gustantibus fructus insipiditatem quandam praeseferre videntur, adeo ut primo statim gustu non placeant: verum qui esui assuescunt, is indies magis delectantur: quippe qui quadam occulta saporis suavitate allecti, qua nisi tractu temporis cum palato inuit gratiam, nunquam saturi videantur. Ita Musam mihi describere qui ex Aegypto, & Cypro ad nos revertuntur. Sed quanam antiquis Musa fuerit planta, quid referam non habeo. Inclinat tamen animus eam esse, quae Theophrasto in palmarum genere recensetur: quam idem in Cypro nasci tradidit, folio ceteris ampliore, & fructu longè maiore magnitudine mali punici, & figura oblongo. Musa ex Arabibus Serapionem invenio mentionem fecisse inter simplicia, ubi de eius viribus in hunc sensum disseruit. Musa excalescit in medio primi abscissus, humectat autem in eius sine: paucum praeber alimentum. Privatim prodest thoracis, pulmonis, ac vesicae ardoribus: alvum emollit. Verum liberalior eius usus stomacho adversatur, ac jecur obstruit. Quamobrem si quis, cum frigidi sit temperamenti ea copiosius vescatur, subinde aquam musam, oxymel, aut gingiber conditum sumat necesse est. Faeta in utero alit, renibus opitulatur, urinam ciet, & venerem stimulat: haec tenus Serapio. Est & aliud palmae genus humile pumiliusque, quod in Sicilia & Creta copiosissimum provenit: quinetiam in maritimis nostris Senensibus, cubiti altitudinem parum excedens, folio ceteris simili, sed longe minore breviorique. Flores edit ex obliquo & capillacea quadam coma emergentes: e quibus bacca racematim produnt, ut ex appicta hic imagine quispiam cer-

Dactylo-
rum dif-
ferentia
ex Theo-
phra-
sto.

Palma in
Cypro.

Musa
plantae
historia.

Musa
quid apud
veteres.
Musa vi-
res ex Se-
rapione.

Camæ-
riphus co-
sideratio.

II. CHAMÆRIPHES SIVE
palma humilis.Xapouj-
cis ex
Theoph.Palmæ
genus in
India.Palmulæ
Thebai-
cæ Dio-
scorides
Tama-
rindorū
consider.

defecatum, atq; pellucidum: quo artificio jucundissimus redditur potus, diuq; perennat. Porro Palmulæ, quas Dio-
scorides Thebaicas vocat, quantum ex pluribus auctoribus comperi, ad eod tractu temporis insolat a siccescunt, ut molite
cogantur in panem. Est & aliud ab his palmularum genus, quod officina Mauritanos secuta TAMARINDOS
appellant, Græcis verò à saporis acrimonia oxyphanica: siquidem Mauritanii per Tamar dactylos significant: quare Ta-
marindorum vocabulo idem intelligunt, quod nostri palmulas Indicas. Indici igitur dactyli producuntur (ut inquit Se-
rapio) &

tior fieri poterit. Pars radici propinquior in globum extuberans
internum, germen quoddam, quod cerebrum vocant, innume-
ru ferè involucris circumseptum habet, tenerimum, sapidum,
& ori gratissimum. Adstringenti pollent facultate: itaq; robo-
rant & cohibent: Germen quod cerebrum vocant estur secun-
dis mensis pro bellariis, cum pipere & salis momento, Cardui
aut echinatz Cinara modo: Arridet enim maximè gustui. Id
(ut aliqui ajunt) ad venerem excitandam prestare haud pa-
rum creditur. Rami quadragesimali tempore deferuntur ve-
nales per totam ferè Italiam, ad exornandos olivarum ramos,
qui sacra palmarum die ab omnibus in templis gestantur. Pra-
stant iidem ad sportulas, tegetes, & scopas parandas: sunt enim
ad verrendas domos rami una cum foliis ad scopas parandas,
non solum peridonei, sed etiam uriles, quod non confringantur,
nisi tempore longo. Cetera cum majori Palma communia ha-
bet. Bacca sua adstringenti vi, dantur contra omnes corporis
fluxiones. Hoc palma genus, Theophrasto Xapoujipir appel-
latur lib. 2. cap. 3. de historia plantarum, ubi sic habet. Palma
autem vocata Xapoujipir aliud quoddam genus est, tan-
quam ejusdem nominis. Nam excepto cerebro vivunt, & ab
radicibus succise repullulant. Fructu quoq; & foliis distant:
sunt enim lato molliq; folio: ob id sportulas, tegetes, & ca-
pitis umbracula eo contexunt: quin & in Creta insula mul-
ta, ac etiam multo plures in Sicilia tales proveniunt, ubi Ce-
faglioni vulgò vocantur. Palmae genus India profert (ut Jo-
sephi Indi navigationes perhibent) è cujus truncis, excisis con-
sulto ramis mense Augusto distillat liquor, quem incolæ vasis
excipiunt, ebibuntq; suaviter vini vice: veruntamen nisi
excoquatur, post triduum in acetum acerrimum desciscit.
Eaq; propter illum decoquunt, ut nos defrutum, sitq; hoc mo-
do, velut mel suavissimum, quod postmodum ex aqua resolvunt,
& diebus viginti artificio quodam percolant, donec optimè sit

IV. TAMARINDI.

V. CUCIOPHERA.



rapio) à quibusdam plantis, quae foliis longis, acuminatisq; salignis similibus virent: licet à nonnullis existimentur Tamarindi fructus agrestium palmarum. Sed equidem malim ad stipulam Serapioni, quam illis, praesertim cum non constet è veteribus, qui de Tamarindis quicquam memoria prodiderit. Ex iis, qui ad nos importantur, nulli, vel pauci admodum integri reperiuntur: nam plerumq; contriti, & in massam quandam compacti deferuntur, quam si disseceris, flavos nucleos invenes, varias formas referentes. Praestant, qui in obscuro rubescunt, molles, recentesq; & qui nervosis quibusdam villis fracti inveniuntur. Adulcerantur ab impostoribus prunis, sed deprehenditur fraus tum colore, tum etiam gustu: quippe nec admodum sunt acidi, nec tam saturato colore nigricant. Refrigerant ac desiccant (ut scribit Mesues) ordine secundo, tametsi Averrois tertio describantur. Alvim cient, quapropter potibilem facile solvunt: item & praestatos humores leniunt, & insaniam & furorem mulcent. Dantur obstuctu, aqua intercutem affectis, arquat, & lienosis utiliter. Faciunt & ad scabiem, lepras, vitilignes, & li benas: quin & contra omnes cutaneas exulcerationes, quae à sanguine praestato emerfere. Officiunt tamen frigidum ventriculum habentibus, sed noxa tollitur, admixtis maci, mastiche, casia, aut Indica nardo. Aegre munus obeunt suum, sed roborantur, si admixto caprino sero, aut sumaria, aut lupi salictarii succo bibantur: in summa palmarum varia, ac diversa sunt genera. Quare curiosum remittimus ad Theophrastum loco superius citato, & ad Plinium lib. 13. cap. 4. ubi de his latissime scripsit. Atqui non ob id scribere praetermittam, quod est etiamnum Theophrasto planta Kamisopos appellata, lib. 4. cap. 2. de plantarum historia, palmam caudice & foliis representans. Verum à Palma differt, quod haec individua simplexq; affurgat, illa vero quum aliquatenus increverit, scindatur, & bifida fiat, iterumq; horum utrumq; pari modo dividatur, & subinde virgas breves, & multas proferat, cortice sicuti palma ad utensilium nexu utili. Fructum peculiarem parit: magnitudine & figura, & succo singularem. Quippe magnitudine ferè, qua manum impleat, rotundum, colore flavicantem, succo dulcem, & ori gratissimum, non racematim congestum, ut Palma, sed per singula discretum, nucleo magno, vehementer duro, ex quo annulos detornantur, quibus in versicoloribus stragulariis vinculis utuntur. Materies à palma plurimum distat: altera enim rara corpore, & nervosa, & viridis: altera spissa, gravis, carnosaq; & casa crassa admodum, atq; dura. Persa quidem majorem in modum eam praefertunt ad lectorum pedes conficiendos. Haec ex Theophrasto transcripsimus, quod haec planta palmarum generi ascribatur. Hujusce arboris poma (ut puto) misit ad me Constantinopoli Gulielmus Quacelbenus Flander Medicus insignis: sed re vera tunc temporis, cujus arboris essent fructus, conjectare non poteram. Verum cum posthac illustrandis augendisq; commentariis hisce nostris operam navarem, legeremq; apud Theophrastum, de Cucio-pheri fructu, ac de admirabili nuclei ipsius duritia, illico inclinavit animus haec poma, quae nuces appellabat Quacelbenus, legitimos Cucio-pheri esse fructus, cum omnibus suis notis descriptioni corresponderent. Sunt enim ea magnitudine, qua manum implere possint, orig, gratissima, & suavi quadam dulcedine praedita, colore flavicantia, perinde ac Cydonia mala, à quibus etiam parum facie distant: glabra tamen sunt, & carne fibrosa. Os internum habent juglandis magnitudine, quadrilateri ferè figura, ima tamen parte lato, & suprema in acutum desinente, color illi exterius, qualis in juglandium, avellanarumve, aut Pineae nucis putaminibus visitur: putamine altero obductum grandiori, haud fragili, sed duro, villis quibusdam valido compactu sese stringentibus, colore ex rufo nigricante. Ossis substantia interior, ut colore marmor imitatur, ita etiam duritie excedit, in cujus centro cavitas est, in qua sylvestris avellana una cum putamine recondi facile posset: verum nullo intus nucleo, sed inanis & vacua. Nos tantum fructum vidimus: quo fit ut planta imaginem hic ostendere nequeamus.

Ceterum

Tamarindorum vires.

Cucio-pheræ plantæ, & ejus fructus consideratio.

Palma elate quid sit. Ceterum quid in palma illud sit, quod aliqui elaten, aliqui spathan vocant, manifeste declarat Dioscorides, cum inquit. Palma, quam aliqui elaten, aliqui spathan appellant, fructus palmarum adhuc florentium involucrium est. Cui adstipulatur Theophrastus loco jam citato, ubi ita scribit. Fructiferarum alia mascula, alia femina: interest autem, quod masculinum super spathan floret: femina fructum oblongum illico praestat. Sed elate, sive spathae Galeno duo videntur esse genera lib. 8. simpl. med. alterum quod tenerum sit palmae germen: alterum quod ejus sit tegumentum. Primum vero genus fortasse illud erit, quod in interiore parte involucri, igitur antequam flores prodeant. Id, Dioscoridis testimonio ab aliis quibus Borassus appellatur, atque etiam Elate dici solet. Verum hac in re maxime cecidisse Plinium illud apertissime ostendit, quod ipse lib. 12. cap. ult. scriptum reliquit, sic inquit. Est praeterea arbor ad eadem unguenta pertinet, quam alii elaten vocant, quod nos abietem, alii palmam, alii spathen. Quibus palam est, Plinium palma adhuc florentis fructus involucrium cum abiete arbore confudisse, vocabulorum propinquitate deceptum: Graecis enim *δακτυλ*, Latinis abietem significat. Quin etiam eundem putasse elaten palmam arborem esse, cum tamen vel germen palmarum tantum, vel florum sit involucrium. Nec minus inter recentiores hallucinari deprehenditur Adamus Lonicerus Germanus, qui spatham in palma nil aliud esse censet, quam folia, quod ensiformia videantur. De palmarum viribus pertractans Galenus libro 8. simpl. medic. ita scriptum reliquit. Phoenix arbor adstrictoria facultatis omnibus sui partibus est particeps: igitur ramorum succus austerus est, ex aqua substantia tepida, & terrea frigida constans. Similis natura est encephalos, quem vocant, hoc est cerebrum, sive medulla, ejus aptius: at fructus ejus, & maxime dulcis, non paucam obtinet caliditatem. Ceterum cum edendo sit, multo est usui, non tamen foris impositus, ubi quid roborare, & desiccare, contrahere, stipare, densareque, consilium est, sed & tanquam cibus sumptus & simul cum aliis, & per se. Porro quod elaten vocant, nempe tenerum illud palmae germen, eandem cum cerebro ejus facultatem possidet. Quod vero velut tegumentum ejus est, adstringentem & ipsum qualitatem habet: verum plus quam dicta omnia exiccat, utpote quod & essentia consentientia illi sicca est, & minime particeps est humiditatis. Itaque jure utuntur illo ad ulcerum putrescentia, miscentque medicamentis articulos plus iusto laxatos contrahentibus: adhaec facultatibus hepaticis, & stomachicis, seu intro sumantur, seu foris admoveantur. Sed & radix plantae desiccatoria citra morsum facultatis est, adjunctum habens & ipsa adstrictionis quippiam. Et de palmarum fructu differens libro secundo de alimentorum facultatibus, sic inquit. Est autem non parva in palmulis differentia: alia namque sicca sunt, & adstringentes, ut Aegyptia: alia molles, & humida, & dulces, ut quae caryotae appellantur. Haec autem praestantissima in Syria Palestina nascuntur in Hiericunte: reliqua omnes palmulae inter dicta duo genera mediae censentur. Verum concoctu difficiles sunt, capiti quoque dolorem inferunt: quarum alia quidem magis, alia minus sunt humida ac dulces, sicca atque adstringentes: sed constitutus extremis jam omne, quod in medio est, facillime deprehendes. Nulla ergo ex ipsis est, quae non dulcedinem quandam, & adstrictionem habeat: siquidem caryotae leviuscule adstringunt, & Thebaicus obscura quadam inest dulcedo. At succum quidem dulcem nutrire, austerum autem gratum esse stomacho, & alvum sistere ostendimus. Omnes autem palmulae, si largius sumantur, concoctu sunt difficiles, & capiti dolore adferunt: quaedam etiam morsus cujusdam sensum ori ventriculi, quod medici stomachum vocant, inducunt. Succus autem ex eis in corpus distributus, crassus quidem omnino est, cum quodam etiam lentore, ubi pingues fuerint palmulae, ut caryotae. Cum autem huic succo dulcedo etiam mista fuerit, celerissime quidem hepar ab eo obstruitur: laeditur autem maxime ab ipsorum esu, quod & inflammatur, & scyrrho obfideatur: post hepar autem & lien obstruitur, ac laeditur. At multo sane maxime virides palmulae ad omnia sunt noxia, si paulo largius sumantur. Perspicuum porro est, dulces quidem calidiores, adstringentes vero frigidiores succo praeferas esse. Virides praeterea palmulae inflationes pariunt, veluti & ficus: eadem namque palmularum viridum ad alias est proportio, quae ficuum ad caricas. Ceterum in regionibus admodum calidis, palmulae non perfecte maturescunt, adeo ut reponi nequeant. Quo fit, ut homines ipsi viridibus vesci coacti, crudis succis impleantur, rigoribusque, qui agere calefiant, & hepatis obstructionibus prebendantur. Dactyli recentes duo ossa exenterati, & infectorii cocci pulvere repleti, devorati, saepe a pregnantibus, abortum prohibent. Praestant quoque dactylorum ossa in pulverem trita semuncia pondere, addita sanguinis draconis lachryma drachma, & portulacae aqua pota, ad albas uteri fluxiones, & praesertim si exempto osse infarciantur Eboris scobe, Margaritis, Corallio rubeo, & deinde sumantur a jejuniis quotidie tres aut quatuor: eadem combusta drachma pondere, cum crudi serici combusti semidrachma, sanguinem mingentibus medentur. Arbor, quae *φοινίς*, Graecis, Latinis Palma vocatur: Arabibus, Machla, aut Nachal: Italis, Palma: Germanis, Dattelbaum: Hispanis, Palmera: Gallis, Arbre de dattes, Palmiers sive Dattiers. Hujus autem arboris fructus, qui *δακτυλ* & *φοίνικ*, Graecis, Latinis, Palmulae & dactyli dicuntur: Arabibus, Tamar: Italis, Dattoli: Germanis, Datteln: Hispanis, Tamaras, & Dattiles: Gallis, Dattes: Bohemis, Daktile. Palma elate, Graecis, *φοινίς*: Italis, Invaglio, over Corteccia di dattili. Chamaeribes sive palma humilis, Graecis, *χαμηλὴ φοινίς*: Italis, Palma minore: Siculis, Cefaglioni.

Nomina.

Palma vinifera.

Musa.

Pacovera. Photel.

I. Palma arbor *φοινίς*: fructus *δακτυλ* & *φοίνικ*, dactyli & palmulae. Gal. *φοινίς* & *δακτυλ*, Caryotae Dioscoridi & Plinio: vagina, elate & spatha, Palmes Plinio. Palmam vocant authores, at Tabernae montanus Palmam majorem. II. Palma Humilis: haec Bdellium est de Mecha apud Arabes. Palma minor, Ges. hor. Palmites Lob. Chamæripes Dod. Lugd. cui & Palma chamærops Plinii. Meminit Thevetus Palmæ viniferae in Aethiopum promontorio, quae arbor ex palmarum genere pulcherrima, sive proceritatem, sive perpetuam viriditatem spectes: fructus cujus, parvi dactyli acerbi, qui non facile edi possunt. Inciditur haec arbor duobus pedibus à terra, quo succus inde eliciatur, qui vasis terreis pro quotidiano potu excipitur, ut autem diutius conservetur, modicum salis injiciunt: hic colore & consentientia vinum album Campaniae refert & suavissimi gustus est. III. Musa quae ex palmarum genere censetur, Serapioni & Avicennae Musa, Meum, & Amusa, in Syria Mosc: ubi Graeci Christiani & Judaei eam dicunt arborem esse, cujus fructus edit Adam in Paradyso, quare Ludovicus Romanus libro navigationum suarum Poma Paradyfi nominat: at Garzias hanc opinionem ridet. Palmæ speciem humilem Ges. hor. Musam Dod. gal. Garz. Cast. Cef. Tab. Lug. vocant: at Lobelus, Musam Serapionis: Musam seu Ficus Indica à costæ Maurz Alpino: Mauze nomine Thevetus suae Cosmog. Tomo 1. lib. 5. ca. 2. proposuit. Huic additur Musa Pacovera à Lug. hist. quam arborem Thevetus Paquovere Americis vocari, & fructum Pacova, scribit. Meminit idem Cosmographia Tomo 1. lib. 12. cap. 19. arboris in regione Caray, quam Photel vocat, quae altitudinem octo cubitorum vix superat: folio plantaginis, sed paulo spissiore: in ramorum utraque parte fructus Musae Aegyptiae similis, sed brevior, quem nonnulli ficum Phaaronis vocant, qui ligno ipsi inherens

herens sub foliis occultatur: cuius usus ad sitim & febrium ardentium estus refrigerandos, & ad arthritidem utilis. IV. Tamarindi, quasi dicas Palmulas Indicas, censentur oxyphænica, id est Palmulae acidæ & palmæ sylvestris fructus: at videntur potius ad filiquas quàm ad palmas pertinere: dicuntur Tamarindi Lac. Lob. Garz. Cæsalp. Cam. à Coste, Lug. Alpino, Cord. hist. cui & Acacia Indica: Palma sylvestris, Lon. Oxyphænix, Cast. V. Cucuphæra quo nomine Lugd. & Taber. etiam proposuere, aliqui an Nux Indica sit dubitant: alii id quod pro Bdellii fructu à Clusio in notis in Garziam proponitur, esse statuunt.

Punic.

MALUM PUNICUM.

CAP. CXXVII.

- 10 **M**alum punicum omne boni succi est, stomacho utile, perexiguum sufficiens alimentum. Dulcia stomacho utiliora habentur, sed aliquantulum in eo calorem gignunt, inflationes pariunt, unde in febri abdicantur. Acida adstringunt, æstuanti stomacho auxiliantur, & multò magis contrahunt, ac urinam cient: a ora, gingivæq; lædunt. Vinosa verò mediam fortiuntur naturam. Nuclei acinorum acidi punici in sole siccati, & obsoniis insperfi, concoctive, fluentem alvum, stomachumq; sistunt: cœlesti aqua madescunt, bibunturque commodè sanguinem excreantibus: ad desessus dysentericorum, foeminarumque fluxione vulvæ laborantium utiles sunt. Expressus nucleorum succus coquitur cum melle, ad oris virilitatis, & sedis ulcera, nomas, b reduvias, & ea, quæ in corpore extuberant, aurium dolores, & narium vitia, præsertim acidorum. Hujus flores cytini vocantur: qui adstringunt, siccant, cohibent: sanguinolenta glutinant: quas punicum, præstant utilitates: humida gingivarum vitia, mobilesq; dentes decocto colluuntur: herniam prolapsu intestini erumpentem, cataplasmate repellunt. Memoria tradunt, qui tres quàm minimos cytinus devoraverint, nullam eo anno lippitudinem passurum. Eliquatur hypocistidis exemplo. Malicorium asperum est mali punici putamen, quod aliqui fidion appellant. Id spissandi vim habet, & quos cytini, præbent usus. Decoctum c[on] radice potu latas ventris tineas pellit, & easdem evocat. Balauustum sylvestris punice flos est, cytino similis. Cuius complura genera reperiuntur, candidum, d[icitur] fulvum, colore rosaceo. Succus ex eo exprimitur, hypocistidis modo: cui adstrictoria vis inest, eadem faciens, quæ hypocistis, & cytinus.

a Meum
virescens
xidis q
evulsi. i.
stoma-
cho utile
& adstrin-
gens sed
Cat. sū-
cū
xidis q
evulsi.
i. ori-
gratum
& adstrin-
gens.
b Meum
virescens
virescens
virescens. i.
ad redu-
vias in di-
gitis.
c p[er]is. lo-
git antiq.
cod.
d p[er]is. lo-
git antiq.
cod.
e p[er]is. lo-
git antiq.
cod.
f p[er]is. lo-
git antiq.
cod.

MALA PUNICA.

BALAUSTIA.

30



40

50

60



Punica Malus arbor est minimè procera, foliis Oleaginis, Myrti amulsi sed majoribus, saturatè virentibus, crassiusculis, rubrisintercursantibus venulis, rubroq; pediculo appensis. Rami illi sunt flexiles, spinis horridi. Flores punicei calathimodo patuli, ore stellatim circumsepto, e quo folia prodeunt tenuia, colore coccineo, agresti papaveri amula granulis quibusdam mediis capillamentis appensis, ut in Rosa. Fructus coriaceo tegitur cortice, exterius rufescente, & interius flavescente: innumeris refertus granis angulosis, rubentibus, vinoso succo refertis, osiulo intus latente, quæ intercursantib. flavis tenuibusq; membran. miro quodam natura ordine distinguuntur. Ligni materies flava, cinereo libro vestita. Punica itaque Mala in pluribus Italia locis vulgò, sicut etiam Latine Granata dicuntur, à multis intus conclusis granis: quanguam

Punice
mali cō-
fider.Granata
non

R

non

non desunt, qui ita appellari velint à Granata Hispania regno, quod inibi numerosa proveniunt. Sed quomodocumque res habeat, nusquam non cognita sunt in Italia: siquidem inibi & in hortis, & in vineis, & in viridariis, eorum frequentissima visuntur arbores. Sylvestre alterum, alterum domesticum. Sylvestres sponte nascuntur in collibus, & maritimulocis, & aridis. Domestica triplici (ut etiam scribit Dioscorides) distinguuntur specie: quippe quod alia dulcia sint, alia acida, alia vinosa. Vinolenta ea sunt, quae vulgo Vajani vocat Hetruria, quaeq; alibi Schiavi, & alibi di mezo sapore Italico sermone appellantur. At Plinio lib. 13. cap. 17. quinq; enumerantur species, dulcia scilicet, acia, mista, acida, & vinosa. Verum haec omnia Dioscorides in tria redegit fastigia: utpote qui uni dulcia, alteri acia, & acida, tertio verò generi mista & vinosa adscripsit. Haec omnia Italia habet, & celebrat: sed & fructus, & acinorum magnitudine tum liquoris copia excellunt dulcia, & vinolenta. Acida mitescere, & dulcia fieri tradunt si suillo, aut humano stercore foveantur arboris radices, & veterurina sapius irrigentur. Ceterum ne fructus in arbore debiscant, remedio sunt lapides tres, cum feritur arbor, ad radices collocati, quin & si iam confita sit, & fructum ferat, eadem ratione emendatur: sed & hoc item praestabitur, si scilla secundum radices conferatur. Si florem arbor non continet, urinam veterem cum pari aqua mensura temperare, & ter per annum radicibus infundere, efficacissimum est remedium. Eundem praestabit effectum, si arboris florentis truncum plumbeo concluseri circulo, vel anguis corio involveris. Servantur punica mala incorrupta anno toto, si cum serè matura fuerint, petioli, quibus pendent, intorqueantur in arbore, vel si postquam decerpta fuerint, argilla ex aqua resoluta undique oblinantur, ac deinde pluribus diebus insolentur. Sunt & qui, ut diu integra perennent, ea in ferventem aquam immergant, statim eximant, & soli sicca exponant, octo dierum spatio. Unum ex omnibus consiciendi ratio haec est: Acini maturi diligenter a putaminibus & membranis purgati praelo committuntur, ac exprimuntur: mox vinum saccis ad id accommodatis percolatur, & in vasculum reponitur, quousque saxeum residat: desecaturque, deinde, & clarum reponitur, affuso desuper oleo, ne corrumpatur, vel acescat. Sunt & qui sine oleo illud in cadis asservent, sed id per estate facile acescit. De flosculi nomine inter se discrepant auctorum sententiae. Dioscorides florem sativae punicae cytinum appellat, balaustrum verò sylvestris. Plinio lib. 23. cap. 6. primus iam sativae, quam sylvestris partus florere incipientis citinus vocatur: balaustrum verò flos utriusque, in ipso erumpens cytinus. Laudatissimi sativarum flores colore perquam rubro ex Creta, & Cypro hoc aevi Venetias importantur, aspectu quidem specioso, & viribus ceteris praestantiores. Sed & mangonio sunt in Italia peregrinis non dissimiles: non tamen usque adeo praestantes. Immaturus punici cortex ideo Malicorium antiqui dicebatur, quod eo, ut Rhin ad perficienda coria uterentur. Dulcia punica, quae apprensae alio nomine vocantur, ventriculo inutilia haberi, dentes gingivaeque ledere, auctor est Plinius, etsi rectius forte id Dioscorides acidis attribuat. Pulvis mali punici in olla nova operculo indito in furno tostus, potus fluentem alvum efficaciter sistit. Sylvestris verò acinorum officuli utiliter bibuntur triti ad aquam, quae cutem subiecit siccandam. Cortice punici ex vino decocto, & imposito permonei sanantur. Punica, & myrtus (si rei agrariae auctoribus credimus) matua consuetudine mirum in modum oblectantur ita ut etiam reddantur fertiliores, si altera in alteram inferatur. Paratur ex Punica floribus, hoc est ex internis Cytinorum puniceis, ac tenuibus foliis Saccharum, perinde ac ex puniceis rosis, admirabilis facultatis, ad utraque, uteri fluxiones si semuncia pondere sumatur ex vino rubro austeriusculo, aut ex puniceorum acidorum succo, aut ex aqua in qua ferrum quod Graeci *σύνκυμα* vocant, extinctum fuerit: quinetiam ex carniū jure, ubi alia non sint ad manus. Praestat quoque magno sane praesidio, ad Gonorrhoeam, ad Coliacos & dysentericos: quo medicamento plurimae adjectae sunt mulieres, quae diuturna uteri fluxione laborarunt: id quod Francisco Calzolario Pharmacopoeo Veronensi acceptum refert, qui mihi tantum hoc saluberrimum auxilium revelavit. Ceterum est etiam Malicorio praecipua vis adversus pudendorum ulcera: siquidem id exiccatur, & cum sicca pariter marina spongia, & aloetritum, equali omnium portione, ad dito aluminis usui momento, penus ulcera in viris, & vulva in mulieribus, brevi ad sanitatem deducit. Punica folia diligenter contrita, aut eorum succus rosaceo permixtus, potenter inveteratos capitis dolores mulcet, fronti frequenter illit. Puniceum malum fictili vase inclusum, cooperculo argilla circumlito, & in furno combustum, dysentericos & torminosos, praesentaneo remedio juvat, ubi ipsius sesquidrachmam in pulverem contriti, ex vino potandum propinabis. Officuli puniceorum malorum acidorum uncia una, cum thuris drachma in tenuissimum pulverem contrita, auxiliantur feminis albis uteri profluvio laborantibus, si quotidie ex rosarum stillatitia aqua hujusce pulveris binas hauserint drachmas. Malorum puniceorum vires prodidit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, sic inquit, Malum granatum omne adstringentem qualitatem obtinet, non tamen in omnibus ea exuperat. Sunt enim inter ea quaedam acida, quaedam plus dulcia, quam austera: & sanè quae ab unoquoque, eorum procedit utilitas, secundum vincentem eveniat qualitatem necesse est. Dilectum autem in quarto horum commentariorum est super dulci sapore, austero, & acido: itaque, ex illis de malorum puniceorum differentia liceat colligere. Porro acini magis, quam succus tum adstringunt, tum exiccant, his etiam magis putamina vocantur autem fidia. Ad similem illis vim habent cytini. Malum, quod Graeci *μαλόν*, Latine Malum puniceum appellatur: Arabibus. Kuman, Ruman, seu Roman: Itali, Melagrano, & Pomo granato: Germani Granatopffel: Hispani, Granadas, & Romanas: Galli, Pomes de grenades, & Mygraines: Bohemi, Grana Jovue jablka.

Malus punica seu granatus, fert poma vel dulcia, quae ut plurimum grandiora granis majoribus, in quo genere quaedam reperiuntur, adeo parvo osse, ut eo carere videantur *ἀνέμω* dicta: vel acida: vel mixta medio quodam sapore, quae Arabibus Muza, voce *μύζω* corrupta. At Plinio l. 14. c. 19. quinq; sunt species, dulcia, acia, mixta, acida, vinosa. Est sativa, est sylvestris similis, sed incultior & spinis horridior. Reperitur quoque sterilis flores tantum proferens, adeo multiplici folio, ut Rosae videantur centifoliae, colore saturato. Empedocles *μύζω* appellat, quod ferius gignantur fructus, & *μυζωφωρα μάλα*, quod cortice praerastro vestiantur. Dicitur Recentioribus Malus punica & malus granata.

Mugeliv.

MYRTUS.

CAP. CXXVIII.

MYRTUS sativa nigra utilior est medicinae, quam candida, & in hoc genere multo magis montana: semen tamen imbecillius parit. Vis & myrti, & seminis adstringit. Semen viride, aut aridum in cibo datur sanguinem excreantibus, & vesicae erosionibus. Succus virentibus baccis expressus, eosdem effectus exhibet: stomacho utilis, urinam cit: prodest contra phalangii morsum, & scorpionis ictus in membro. Seminis decoctum capillum tingit. Jus decocti in vino ulcera in extremis membris nata sanat: oculorum inflammationes illitum cum polline polente lenit: contra aegylopos illinitur: crapulam arcet praesumptum vinum,

a Meum
καρπός. i.
fructus.

60

vinum, quod fervefacto aliquantum ejus semine exprimatur, aliàs enim acorem contraheret. Præstat idem seminis effectus: utile procidentie vulvarum in deflectionibus, sedis vitiis, & fœminis fluxione vulve laborantibus: purgat furfures, ulcera capitis manantia, atque eruptiones papularum: fluentes capillos continet. Additur quoque in medicamenta, quas liparas vocant, uti oleum, quod ex foliis ejus factum est. Decoctum foliorum ad deflectiones balnearum convenit, & contra laxatos artus, & malè solidescences: eo fracta ferruminationi repugnantia utilissimè soventur: vitiliginem emendat, purulentis auribus infunditur, & capillos denigrat. Succus eorum eadem efficit. Trita folia, & ex aqua illita humidis ulceribus, & partibus omnibus fluxione laborantibus, cœliacisq; profunt: & admisto omphacino oleo, aut exiguo rosaceo cum vino, ad ulcera serpentia, ignem sacrum, testium inflammationes, epinyctidas, & condylomata. Arentium foliorum farina utiliter inspergitur paronychiis, pterygiis, & contra alarum, feminumq; perfusiones: cardiacorum sudores cohibet. Folia cruda, seu cremata cum cerato, ambustis, paronychiis, pterygiisq; medentur. Exprimatur foliis succus, adfuso vetere vino, aut aqua cœlesti, cujus recentis usus est: nam exiccatus planè cariem sentit, & vires amittit. Myrtidanum dicitur, adnatum inæquabile, b verrucosum, intumescensq; & concolor: quod perinde quasi manus, myrti caudicem amplectitur. Magis quàm myrtus adstringit. Tusum addito austero vino reponitur, coactumq; in pastillos sicatur in umbra: multò efficacius & folio, & semine, cerato, pellis, in flectionibus, cataplasmatibus admistum: ubi adstringendum aliquid est.

I. MYRTUS ROM.

II. MYRTUS TARENTINA.

20

30

40

50



Myrtus arbor frequens in Italia nascitur. Cujus duo produntur genera: sativum, quod in candidum, & nigrum dividitur: & sylvestre, quo universa ferè Tyrreni littora virescunt, ac redolent. Siquidem in agro nostro Senensi in maritimis, ac in universo Liguria tractu, Romano, atq; Neapolitano ubiq; Myrti sponte proveniunt. Sativa in arbores facile adolescunt, at sylvestris magis fruticat ramis flexilibus ac lentis, rubro cortice: foliis longiusculis, crassiusculis, firmis, odoratis, in acutum desinentibus, perpetuoq; virentibus, punicea emulis: quanquam in nigris nigriora, in candidis candidiora spectantur. Flores omnibus insident candidi, numerosi, intus capillamentis, eximie odorati, ideoq; aqua ex iis confecta odoris suavitate unguentariis plurimum expetitur. At cum nostras æquè sit odorata, atq; olfactu jucunda, eam tamen odoratissimam existimaverim, quæ ex Aegyp̃tia myrto elicitur: siquidem & odoratissimam, & jucundissimam in Aegyp̃to nasci Myrtum memoria prodidit Theophrastus. Sativarum utrumq; genus baccas fert oblongas, agrestes oleas quadantenus referentes, multò sanè sylvestribus majores, parvis numerosisq; intus nucleis: etsi contrarium asseveret Marcellus. Quippe experientia compertum est, quòd ubicunq; sativa Myrtus colitur grandiores, vegetioresq; baccas edit, quàm sylvestris: cultura enim Myrti mansuescunt, & longè magis humore replentur, utpote & alia sativa stirpes omnes: quod quidem indomita tellus sylvestribus denegat. Caterum, ne quis decipiatur, hic lectorem admonendum esse duxi, cum de sylvestri Myrto loquor, non me de rusco intelligere, qui & Dioscoridi, & Plinio sylvestris, & acuta myrtus appellatur: sed de vera sylvestri myrto, qua sua sponte in littoribus sine cultu oritur: qua item in mediterraneis, in collibus, sylvis, ac campestribus provenit. Hæc tametsi præter ruscum à Dioscoride non fuerit expressa, cum tamen dicat initio capitis, Myrtus sativa, & reliqua, his verbis & sylvestrem ejusdem generis myrtum tacitè dari fatetur. Porro inter sylvestres alba quoq; & nigra reperitur, quemadmodum & inter urbanas, quandoquidem ipse quàm plurimas sylvestres myrti plantas vidi in mille locis, quibus matura inerant bacca, non sanè nigra, sed in purpuram albicantes. Myrti montes non amant, quin & frigidos

Myrti
confider.
Myrti at-
boris hi-
storia.

Marcelli
lappus.

Ruscus,
Myrtus
est syl.

III. MYRTUS EXOTICA.

IV. MYRTUS MAXIMA
latifolia.

V. MYRTILLUS.

Myrtida-
num.
Myrtia-
lia gene-
ra.
Myrtus
Tarenti-
na.

Myrtus
exotica.

Myrtilli
historia.



odere tractus: tamen cum in mediterraneis, nempe in hortis,
viridariis, vineis, & campis maxime proventunt: tum in ma-
rimum precipue, atq; amenis stagnorum, & lacuum ripis
a natura nullo studio edita, mirifice proficiunt, vitamq; la-
tam agunt. Quod Dioscoridi Myrtidanium nominatur, vulgo
notissimum est, ubi scilicet myrtus frequens nascitur. Sunt &
alia veteribus Myrti genera, nobis quoq; non ignota, nempe
Tarentinum, & exoticum. TARENTINA à Tarento
Apulia civitate, ubi copiosa provenit ita vocata, folio est no-
strate longe minutiore, robustioreq; fructu minore, copiosiore,
& in summitate pluribus apicibus coronato, colore ex nigro
purpurascens, minutis, crebris, albicantibusq; intus osculis:
floribus communi Myrto similibus. EXOTICA habetur
nunc in Italia in hortis, & viridariis. Hac folio est nostrati
non absimili, dilutior tamen, acuminatior, copiosioreq; &
adeo densa, ut eo rami abiq; stipentur. Fructum fert oblon-
gum, è longoq; pediculo dependentem, seminibus refertum,
communi Myrto haud absimilem, flores albicant ut in cate-
ru generibus. Utraq; topiariis operibus peridonea habetur. Vi-
ribus quoq; pollet utraq; nostrati paribus, & qualitatibus à
ceteris generibus non differunt. Hanc Plinius meminit libro
15. cap. 29. his verbis. Sativarium genera topiarii faciunt: Ta-
rentinam folio minuto, nostratam patulo, exoticam densissi-
mo, senis foliorum versibus. Hac non est in usu, ramosa utraq;
alia. In Germania & Bohemia, quoddam legitima Myrto ca-
reant, aliam in sylvis nascentem sibi compararunt pharma-
copola, eamq; MYRTILLUM vocaverunt. Provenit hac in
montibus & sylvis, frutice cubitali, caudice duro & ramis
tenuibus & viridibus. Foliis virer buxo fere similibus, sed te-
nuioribus, myrti minoribus robustis, & sensim per ambitum
ferratis: flores illi sunt tintinnabuli figura, suis è pediculo de-
pendentes inter folia, colore subpunico, rufo intus flamine.
Floribus bacca succedit quae matura cum sunt, colore & magnitudine Juniperinis (Myrti) non absimilis, sed paulo mi-
ores, vinosa austeriusculaq; & in summitate concava umbilicatave. Fructus refrigerat, exiccet, roborat, reprimet, cohibet.
Dantur bacca cum recentes, tum quoq; sicca devoranda dysentericis & coliacis. Ha itaq; Germanis una cum universa plan-
ta haud inefficaciter Myrti vicem praestant. Peculiariter autem iis utuntur infellores ad inscienda stamina, & chartam
carulea

ceruleo colore, ac etiam à pictoribus: quinetiam eduntur astate fragorum vice à pastoribus, & aliis, nam gustui placent. Ausleriuscula cum sint & vinosa, sitim extinguunt. Germani autem Pharmacopaeiis passim utuntur Myrti baccarum vice, cum iis destituantur. Myrti nostratis in Hetruria coria ubiq; persciuntur: quippe quod ea pelles densentur, crispentur, atq; crassescant. Myrti baccis ultimam maturitatem adeptis, nostrates mulieres utuntur ad ciborum intinctus, qui cum assatis carnibus esurati maximam cum palato ineunt gratiam. Ideoq; Plinius loco supra citato ita scriptum reliquit. Succorum natura præcipuam admirationem in myrto habet, quando ex una omnium olei, viniq; bina genera sunt: item myrtidanum, ut diximus. Et alius usus bacca fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illius obtinens vicem. Quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocatur. Eademq; origine aprorum sapor commendatur, plerumq; ad intinctus additis myrtis: hac Plinius. Myrteum condimentum languidos ventriculos roborat, idcirco & celiacis, & dysentericis utile: quin & foeminarum fluxiones, qualescunq; sint valenter inhibet. Myrti frondes, itemq; baccarum semen tritum contra fungorum strangulationes mirifice præstant. Arida folia longè plus siccant, quam viridia. Foliorum, Baccarumve decoctum, auxiliatur calidis collectionibus, nempe erysipelatibus & herpetibus. Bacca quoquo modo hausta, aut devorata, cor corroborant, & ejus tremori mirifice conferunt. Folia sicca uruntur in scitili crudo, quousq; in cinerem albisimum vertantur, lavanturq; deinde, & pro spodio, vel pompholyge supponuntur. Myrtus (ut memoria prodidit Galenus libro septimo simplicium medicamentorum) ex contrariis substantiis planta constat: vincit tamen in ea frigidum terrenum. Habet verò etiam tenue quiddam calidum, unde valenter desiccatur. Porro tum folia, tum germina, tum fructus, tum succus, non parum inter se in adstrictione disident. Caterum quod ramus, & trunco adnascitur tuberosum, quam quidam myrtada nuncupant, quantum dictis siccus est, tanto & desiccatur & adstringit vebementius: quidam id tundentes reponunt, postea vino subigentes in pastillos formant. Folia item arida viridibus plus desiccant: miscetur enim virentibus humiditas quadam. Porro succus non tantum ex virentibus foliis exprimitur, sed & fructu. Restringerendi vim hæc omnia habent tum foris imposita, tum intro sumpta in corpus, quod scilicet nondum ullam delecteriam, aut purgatoriam substantiam habeant admixtam. Planta, quæ *μυρτιά* Græcis, Latinis Myrtus nominatur: Arabibus, Aes, A-las, sive As: Italis, Myrto, Mortina & Mortella: Germanis, Welsch Heydelbeer: Hispanis, Murta, aut Rajam: Gallis, Meurte. Myrtillus verò Germanis, Heydelbeer: Bohemis, Byaddi aut vramoka. *χαμαιμύρτιον* Græcis: Italis Myrtillo: Ananienfis, Calavezza.

Myrti u-
sus.Myrti
condimē-
tum.
Myrti vi-
res Mat-
thiolo.Myrti vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Myrtus & Murtus *μυρτιά* & *μυρτίον*, à Myrsine Atheniensi puella, pulchritudine & robore insigni: amica Palladi, in quam occisa conversa fuit. Hujus plures differentiae. I. Myrtus vulgaris: Myrtus Bœtica sylvestris, Clus. Hisp. Lugd. Myrtus Gef. hor. Dod. Cef. Myrtus candida & nigra, Cord. in Diosc. Myrti majoris quinta species, Lob. Myrtus communis Italica, Cam. II. Myrtus Tarentina, Cast. Lugd. Cam. Myrtus minor, Clus. Hisp. Myrtus major vulgaris, Lob. Myrthus, Tab. Hujus quatuor differentias fecit Lob. III. Myrtus exotica, Cast. Lugd. Myrtus exotica Plinii pluribus foliorum versibus, Lob. Myrtus tertia, Dod. Myrtus exotica Bœtica angustifolia, Clus. Hisp. His addere oportet. IV. Myrtum maximam latifoliam, quam Myrtum lauream maximam, Lob. vocat: dein Myrtum laurifoliam secundam, quæ Myrtus Bœtica latifolia domestica, Lobelii: cujus tres agnoscit species Clusius: tum Myrtum nonam angustifoliam Lob. cujus duas differentias magnitudine variantes refert Clus. V. Myrtilli, ad Vitim Idæam Theop. referuntur. Fructus colore variat rubro & nigro: sic foliis crassioribus. Dicitur Myrtillus exiguus, Trago: Myrtillus germanica, Lug. Vaccinia nigra, Dod. gal. & fol. Lob. Vitis idæa, Gef. hor. Lug. Vitis idæa nigra, Cam. Vitis idæa prima, Tab. Vitis idæa minor, Thal. Uva urfi, Anguillarae.

CERASIA.

CERASA RACEMOSA.



R 3

Kipditz

*A nomen
negatur.*

Cerasia alvo utilia sunt, si viridia sumantur: eadem siccata illam sistunt. *a* Gummi, quod cerasi resu-
darunt, cum vino diluto, tussi vetustae medetur: colorem commendat, visum exacuit, appetentiam
invitat: idem ex vino potum calculosis auxilio est.

*Cerasiorū
historia.*

Nulla hodie arbor est in Italia, quae vulgo notior sit Cerasis. Cerasus itaque, arbor folia fert Mespilo latiora, & per ambi-
tum serrata: flores albos racematim dependentes, è quibus rubentes oriuntur bacca, longo, ac tenui pediculo junci
modo flexili, appensa, prona parte divisura quadam secta, duro intus osiculo, pisi magnitudine, aut majore, in quo nu-
cleus concluditur, subamariuscule sapore. Ligni materies fibrosa, compacta, cortice vestitur levi, pluribus involutis re-
fert. Genera Cerasorum diversa habentur. Nam alia dulcia, alia subamara, alia austera, alia acida, alia insipida repe-
riuntur: quinetiam alia domestica, alia sylvestria. Domestica in hortis, vineis & viridariis feruntur. Sylvestria in sylvis pro-
venit, ac etiam in vallibus. Harum plantas scribit Plinius lib. 15. cap. 25. novas, & peregrinas, nec antea visas è Ponto se-
cum primum advexisse in Italiam Lucullum, postquam debellato Mithridate in victoria potitus Romam venit. Sed postea
tanta agro Italo amenissimo cum hac arbore intercepit affinitas, & consortium, ut non solum ager is sativarum plantis
servaverit, propagaverit, & adauxerit, sed & veluti ex ejus humore (quae summa fuit inter se societas) gravida terra sa-
ta, sine aliquo semine in campis, in montibus & sylvis numerosissimas plantas procreaverit, & ediderit. Sativarum spe-
ciosissimi fructus, qui Cerasa, & Cerasia Latinis etiam appellantur, diversorum sunt generum: quo fit, ut diversa quoque
sortiantur nomina. Inter haec illa principem sibi locum vendicant, quae Hetruscis vulgo Marchiane & duracine vocantur: 20
tamen si horum alia majora, alia minora, alia saturato colore rubeant, alia verò potius albicent. Quae autem Plinio Julia-
na, nobis verò vulgo Acquavole, hoc est, aquea dicuntur, in nullo sanè habentur pretio: quandoquidem adeò sunt tenera
& fragilia, ut nisi sub arbore sua comedantur, facile gestatu colliduntur, & marcescant: quin & ob aqueae partis redun-
dantiam insipida sunt, orig, ingrata. Quae autem, quod ad modum Corvorum modo nigricent, Corbine nos vulgo vocamus,
Plinius verò actia, & caciliana, cum sint duriuscula, & dulcia, gustatu habentur non injucunda: verumtamen quoddam ma-
nus, dentes, ac labra atro colore inficiant, discumbentesque, deturpent, mensis raro apponuntur. Sunt & Cerasa, quae uno
tantum petiolo, terna, quaterna, quinave bacca nitantur: quinetiam, quae racematim uvae modo proveniant, quorum i-
magines misit ad me Verona Franciscus Calzolarius: quae peculiariter in hortis, vineis ac viridariis habentur. Viribus &

CERASA AUSTERA.

CHAMÆCERASUS.



qualitatibus ab aliis cerasorum generibus non differunt. In cerasorum genere numerantur & illa, quae Romae Visciole,
Senis Amarine, & in aliis compluribus Italiae locis Marasche vulgo nuncupantur, à sapore (ut puto) dicta, quod non in-
jucundi amaroris tantillum respiciant. Horum porro varia diversaque, notantur genera, quae cunctis notiora sunt,
quam à me describi possint, quae etsi omnia sibi acidum asciscant saporem, hac tamen ejus plus, illa verò minus
habent. Habentur in hortis passim, viridariis atque, etiam vineis. Rura Tridentinae ex Marasche vulgo nominant, quae minus
acida gustu deprehenduntur, quorum genus quoddam est, quod etiam admodum gratum habetur: quippe quoddam in acido
dulce sit

dulce sit admistum, ob idq; illa palato maximè placeant. Quædam præterea inibi Marine, & Marinelle, cognominantur, quæ & minora, & rotundiora sunt, & breviori pediculo appensa, gustu nihil ferè prædictis reclamante. Est & horum tertium genus, quæ vulgus illud Verule nominat, longiore pediculo, bacca etiamnum cæteris crassiore, gustu acerbo, & admodum acido, colore perpetuò rufescente, nec unquam in atrum vergente, etsi cætera, ubi plene maturuerint, in atrum rufescant. Omnia hæc cerasiorum (ut ita dicam) Amarinorum genera refrigerant, exsiccantq; : quinetiam adstringunt, roborant, & cibi appetentiam excitant. Non ita facillè devorata, ut dulcia corrumpuntur in ventriculo, ideòq; febricitantibus ac sitientibus facillè conceduntur à Medicis Germanis. A pediculo repurgata, uvæ maturis admiscuntur, & deinde vinum ex his paratur, gustatu gratissimum, quod in alvi fluxionibus utiliter usurpatur; aptissima sunt, ut insolentur, & ut saccharo condiantur. Quinetiam sapore commendantur ad intinctus conficiendos, quibus non modò sanis edulia jucundissimè condiantur, sed etiam agrotantibus, præsertimq; biliosis febribus vexatis. Siquidem illis non modò sitim extinguunt, sed oris insuavitatem emendant, & cibi appetentiam conciliant. Sylvestre pumilumq; horum genus nulla adhibita cultura Ananienfibus in Tridentino agro, ac etiam in Bohemia circa Pragam, & in Austria circa Viennam secus itinera, & propè sepes spontè provenit, nihil prorsus tum colore, tum etiam sapore ab illis dissidens, quæ inibi, ut diximus, Verule vulgò vocantur. Bacca quæ cum austeris magnitudine certant. Hæc brevi pediculo pendent in arbusculis admodum pumilis, tantæq; brevitas, ut rara, vel potius nulla dodrantalem æquent mensuram. Quo factum est, ut crediderim (etsi id pro comperto asserere non ausim) hæc eadem esse, quæ Plinio Macedonica dicuntur. Cæterum ego horum plantam Chamacerasum potius vocaverim. Bacca cum cæteris austeriora habeantur, etiam cæteris sicciora jure fuerint, magisq; adstringentia. Sylvestria, quibus plerumq; vescuntur aves, rarò in cibis admittuntur, præterquam à rusticis, tum quòd plus osis, quam carnis habeant, tum etiam quòd cum quadam acerbitate amara sentiantur. Degenerant cerasi quocumq; simo radicibus admo, id usq; adeò oderunt, & horrent: contra proficiunt, si sui ipsius putamina falce concisa circum radices sepeliantur, ibiq; marcescant. Præcoces illæ fructus ferunt, quibus ante florum exortum calx viva radicibus circumponitur: vel quibus aqua calida sæpius pede irrigantur, etsi postea parvo temporis tractu inarescant. Sine osibus cerasa proveniunt, si arborem teneram ad duos pedes recides, & eam usq; ad radicem fines, medullamq; partis utriusq; ferro curabis abradi, & statim utraq; partes in se vinculo stringi: & oblini simo, & summam partem, & laterum divisuras: ita post annum cicatrix ducta solidatur. Hanc arborem ubi surculus, qui adhuc fructum non attulerunt, inferes, baccas sine osibus dabit. Galenus habita Cerasiorum omnis generis ratione lib. 7. simpl. med. ea hisce paucis perstrinxit. Cerasus arbor fructum fert non parvis adstrictionis in omnibus particulatim plantis participem. Nam & in horum, sicut etiam malorum granatorum, & malorum, quibusdam austeris qualitas, in quibusdam verò dulcis, in nonnullis autem acida exuperat. Quinetiam ipsorum dulcium ea, quæ nondum cocta sunt, ac matura, quadam admodum acerba sunt, quadam similiter moris acida: sed in moris immaturis acida qualitas acerbam exuperat, in cerasis non semper. Ergo quæ dulciora sunt magis quæ in intestinis sunt, subducunt, sed minus utilia stomacho sunt, contra austera. Quæcumq; verò acida sunt, ea pituitosis, excrementosisq; stomachis conveniunt: siquidem austeris magis desiccant, & nonnihil etiam incidunt. Porro ipsius arboris gummi communem omnibus viscosis, & mordacitate carentibus medicamentis facultatem obtinet, quæ & ad arterias exasperatas accommodata est. Propriè autem (siquidem verum est quod quidam scribunt) calculis vexatos cum vino potum adjuvat: nam sic illi tenuium partium quedam facultas inest. Cerasorum fructus, qui Græcis Κεράσια, Latini item Cerasia, & Cerasa dicuntur: Arabibus, Serafie: Italis, Ciregie: Germanis, Kirschen: und Ehrschchen: Hispanis Cerezas: Gallis Cerises: Bohemis Vuisné. Nomina.

SILIQUEÆ.

Κεράσια, SILIQUEÆ.
CAP. CXXX.

Siliquæ recentes stomacho adversantur, alvum solvunt: eadem siccatae sistunt, stomachoque utiliores fiunt: urinam ciunt, sed præcipuè, quæ vinaceis condiuntur.

Siliqua, quæ Græcis Κεράσια dicuntur, in Italia officinis vulgò Carobe, & Carobole appellantur. Nascuntur arbores, quæ Siliquas ferunt, copiosè in regno Neapolitano, præsertim in Apulia, ac etiam in Campania, ut optimè sciunt ii, qui Fundo Itrum, & hinc Molam iter faciunt: siquidem in illa ob levigatos lapides inibi stratos laboriosa admodum via, quam Appiam vocant, frequentissima conspiciuntur. Incola hæc plantas Salequa vulgò nominant, vocabulo nimium

Siliqua-
descri-
ptio.

rum à Siliqua detorto. In Creta, Syria, Cypro, ac aliis calidioribus regionibus, arbores in speciem satius proceritatem attol-
luntur, ramis in latitudinem potius, quam in longitudinem protensis: cortice cineritio ad caeruleum inclinante, loti arboris
instar. Folio virent fraxineo, latiore tamen, duriore, rariore, ac magis circinato. Florent discedente hyeme, aut vere jam
appetente: fructificant vero aestate, & autumno, dependentibus siliquis, primum viridibus, & deinde cum siccantur ex ru-
fo nigricantibus, mansu lignosis, sed dulci pulpa succoq; praeclatis, semine Aegyptia Siliqua haud dissimili. Siliqua recen-
ter ab arbore decerpta ingrato displicent sapore, sed tractu temporis in cratibus expansa & siccata, adeo mitescunt, ut &
dulces evadant admodum, & gustui suaves fiant. Melleo succo referta sunt, eaq; praesertim quae in orientalibus nascuntur
regionibus, ideoq; Indi, & Arabes, non parvam mellei succi copiam ab eis exprimunt, quo zingiber, Myrobalanos, Myri-
sticis nuce, & alia aromata condunt. Id quod testatur Strabo lib. 15. sua Geographia de Indici arboribus scribens. Aliud
Ficos Ac- siliquarum genus, quod sicum Aegyptiam cognominant, scriptis tradiderunt Theophrastus, & Plinius: de quibus mihi dis- 10
gyptia. ferendum non proposui, tum quod Italis nusquam (quantum equidem sciam) nascantur, neq; cognoscantur: tum etiam
quod nullum habeant usum in medicina. Siliqua sicca, et si omnium consensu manifeste adstringunt, compertum est tamen
praestare earum decoctum potum mirifice tuentibus, ob dulcem, melleamq; substantiam, quae inest. Siliquas in cibis
Siliqua- damnavit Galenus lib. 2. de alimentorum facultatibus, his verbis. Ceratia quorum tertia syllaba per, t, literam scribitur,
vires ex Galen. & pronunciatur, nihil cum cerasis per scriptis habent similitudinis. Est autem pravi succi edulium, ac lignosum: unde ne-
cessario sequitur, ut concoctu sit difficile: nihil enim quod lignosum est, facile coquitur. Praeterea incommodum illud ipsis
inest non parvum, quod non celeriter deiciatur: proinde satius esset, ea ad nos non importari a regionibus orientalibus, in qui-
bus nascuntur. Sed de viribus quas & arbor, & ipsa habent in medicina, idem Galenus differens lib. 7. de simplicium medi-
camentorum facultate, sic inquit. Ceratonia exiccantis est & adstringentis facultatis, sicut & fructus ejus, quae ceratia vo-
cant, nonnihil etiam dulcedinis continent. Accidit autem istis quiddam simile cerasis: nam si humida sumas, magis ven- 20
trem subducunt: sicca vero magis siccant: ut pote cum humiditatem expirent & quod essentia est crassior, tantum reliquum
habeant. Κεράτια Graece, Latine Siliqua vocantur: Arabicè, Charumb: Italicè, Carobe & Carobole: Germanicè, S.
Johannes Brot: Hispanicè, Alfarobas: Carronges, Gallicè, Carouge: Bohemicè, Svatheo Janachleb: Officinis, Carobe.

Κεράτια ob corniculorum similitudinem, Ceronia arbor Theophrasto, officinis Xylocaracta, pro
Xyloceratia & Carobe. Cēratonia, Dod. gal. & fol. Gef. hort. Lug. Ceratia Clus. hisp. Ceratia siliqua, Lob.
Tab. Siliqua, Lac. Lon. Cord. in Diof. Cast. Cam. Siliqua dulcis, Alpino. Siliqua arbor Gef. hor. Cæsal.

I. MALUS.

MALUS OBLONGO FRUCTU.



MALL.

MALA.

CAP. CXXXI.

Folia, flores, & germina cum omnis mali, tum maxime cotoneae adstringunt. Pomis acerbis adstring-
endi vis inest, maturis vero longe secus. Ex iis verna bilem gignunt, nervos omnes laedunt, inflationes
pariunt. Cotonea stomacho utilia, urinam cient, verum tosta mitiora habentur. Profunt celiacis, dysen-
tericis, purulenta extuscentibus cholericis, praesertim cruda. Maceratorum liquor commodè in stoma-
chi, aut ventris fluxionibus, potui datur. Succus crudorum assumptus orthopnoicis salutaris est. Deco-
cto soventur vulvae, & sedes, si procidant. Cotonea, quae melle conduntur, urinam movent: mel autem sibi
constri-